Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schannat, Johann Friedrich

Ioannis Friderici Schannat Fuldischer Lehn-Hof, sive de clientela Fuldensi beneficiaria nobili et equestri tractatus historico-juridicus accedit elenchus duplex vasallorum primi ut et secundi ordinis ...

Francofurti ad Moenum 1726

Bamberg, Staatsbibliothek -- H.e.f.41#2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11684785-6
VD18 14628481-006

IOANNIS FRIDERICI SCHANNAT

Fuldischer Lehn-Hof,

SIVE DE

CLIENTELA FULDENSI BENEFICIARIA

NOBILI ET EQUESTRI

TRACTATUS HISTORICO-JURIDICUS.

IOANNIS FRIDERICI SCHANNAT
Fuldischer Lehn-Hof,
SIVE DE
CLIENTELA FULDENSI BENEFICIARIA
NOBILI ET EQUESTRI
TRACTATUS HISTORICO-JURIDICUS.
IN QUO FUSE DISSERITUR.

I. De Feudorum Fuldensium antiquitate & præstantia.
II. De Naturâ, Juribus, ac Consuetudine Feudorum Fuldensium, & in quibus potissimùm casibus cum Jure communi conveniant, aut ab eodem recedant.
III. De variis Feudorum Fuldensium Speciebus, præsertim Masculinis, Fœmininis seu promiscuis, & Oblatis.
IV. De Feudorum Fuldensium caducitate, & quibus modis ea amittantur.

I. De Vasallorum Fuldensium conditione olim variâ
II. De veteri, ac simul hodiernâ Vasallos Fuldenses investiendi methodo, tum & de pluribus circa eandem investituram requisitis, ac observari solitis.
III. De quatuor præcipuis Servitiorum generibus ad quæ promiscuè præstanda tenebantur Vasalli Fuldenses.
IV. De mutuâ inter Ecclesiam Fuldensem & Vasallos suos obligatione, deque gravibus ac frequentibus damnis & dissidiis exinde natis.

ACCEDIT
ELENCHUS DUPLEX
VASALLORUM PRIMI UT ET SECUNDI ORDINIS; QUOTQUOT EORUM, CONTINUA SERIE, ETIAM A PLURIBUS RETRO SÆCULIS HUCUSQUE, ECCLESIA FULDENSIS HABUISSE REPERITUR, UNA CUM EORUM INSIGNIBUS.

OMNIA CUM PROBATIONIBUS AUTHENTICIS LOCUPLETISSIMIS, ET FIGURIS ÆRI INCISIS.

FRANCOFURTI AD MOENUM M D CCXXVI.
Prostat apud JOH. BENJ. ANDREÆ & HENR. HORT.



REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO
DOMINO DOMINO
ADOLFO
SANCTÆ FULDENSIS ECCLESIÆ
ELECTO
ABBATI
SACRI ROMANI IMPERII
PRINCIPI
AUGUSTISSIMÆ ROMANORUM IMPERATRICIS
ARCHICANCELLARIO
PER GERMANIAM GALLIAMQUE
PRIMATI.
DUM
SUB IPSO AUSPICATISSIMI REGIMINIS SUI
EXORDIO.

NOVÆ GLORIÆ, NOVIQUE GAUDII

PARENS

NEC NON

RERUM DOMINUS

DEBITUM A VASALLIS SUIS HOMAGIUM

SUSCIPERE INTENDIT.

HOC QUALECUMQUE OBSEQUENTISSIMI DEVINCTISSIMIQUE

ANIMI PIGNUS

NOVO MOECENATI

PRINCIPI AC DOMINO
CLEMENTISSIMO

GRATULABUNDUS OFFERT,

VITAM ET FELICITATEM

APPRECATUR.

I. F. S.

PRAEFATIO.

VT scribentium variæ hactenus fuêre circa Curiam Feudalem Fuldensem Opiniones, sic & erroneæ passim omnes; nec mirum: quandoquidem Chartis ac Documentis idoneis, è quibus genuina Juris Fuldici natura, nec non primævæ ejusdem consuetudines petendæ, ac unicè demonstrandæ fuerant, penitus destituti; quidquid in his statuere, seu potius confingere ausi sunt, id totum ex proprio cerebro scholasticis paradoxis, aut Langobardicis Legibus plerumque infecto, emanavit.


Quapropter brevem hunc Tractatum iis opponere necesse duximus, ne tot vanæ contrarietates in publicum sparsæ, latius propagentur; sed ut quid demum in re toties in dubium male revocata certi statuendum sit, cunctis plenè innotescat; hâc nihilominus monitione præviâ, simulque pro fundamento positâ, videlicet: Principum Ecclesiasticorum per Germaniam mite quantumvis Imperium, non unum idemque esse ubique; consequenter Eorum Jura, ut cautè semper tractanda, sic nunquam temerè confundenda, multò minus pro cujuslibet voluntate, seu beneplacito interpretanda.

Quod ſi comminatam nobis ex adverſo cenſuram nec ſic evitare liceat, eam præſtolabimur: confidimus autem, quod rigidus quisque, qui prima fronte aſſertiones noſtras alto forſitan ſupercilio deſpicere cœperit, illudfacere remittet, ubi primùm easdem cum probationibus contulerit, quibus ab omni parte innituntur.

Plura hic præfari ſuperfluum credimus; ſiquidem duplex illa Vaſallorum ſeries huic Operi annexa, quâ ſplendidiorem vix habet Germania (licet de Titulis cujusque, ut & Bonorum Feudalium recenſione ſpecifica minus fuerimus ſolliciti) ſatis per ſe indicat, quo tandem devenerit piarum pars magna, ſi non maxima, Oblationum, Fuldenſi Eccleſiæ in manu tam profuſa factarum, quas integro volumine comprehenſas nuper in Lucem protulimus.

Cæterum non ab re fuerit monuiſſe, nos Inſignia æri inciſa, quæ in hoc opere paſſim occurrunt, juxta ſigillorum Archetypa expreſſiſſe, ſic, ut quoties de eorum metallis aut coloribus non ſatis conſtabat, hos prætermittere, quàm temere adpingere ſatius duxerimus.

Præterea veteres ac potentes illos Dominos ſeu Dynaſtas, quales erant Bickenbachii, Brubergii, Eppenſteinii, Falkenſteinii, Limburgii & Minzenbergii, eò quod numero pauciores eſſent, quam ut ex iis ſeparatam claſſem conficeremus, inter Secundi Ordinis Vaſallos recenſere viſum eſt, cum quibus tamen eos confundere minime intendimus: Novimus enim, quæ fuerit priſcis temporibus, ſitque etiamnum eorum Prærogativa.



CLIENTELÆ FULDENSIS BENEFICIARIÆ.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

DE FEUDORUM FULDENSIUM ANTIQUITATE ET PRÆSTANTIA.

Diu multumque hactenus inter Eruditos disceptatum est de Origine Feudorum apud Germanos, tum & de Etymologiâ vocis FEUDI: Nos, dum Liti, seu Controversiæ huic finem imponere nec præsumimus, nec intendimus; FEUDUM, seu BENEFICIUM, ut re ipsâ jam olim notum, ex Solâ sui definitione, quâ est: *Benevola ac libera concessio rei immobilis, aut æquipollentis, cum translatione utilis Dominii, retentâ proprietate, seu dominio directo, sub Fidelitate & exhibitione honestorum servitiorum*; ad Tempora Caroli M. referre non dubitamus, cujus assertionis nostræ evidens Testimonium in promptu est: Necdum enim Fulda per integrum a primâ suâ Fundatione sæculum steterat, quando ex continuâ Regum præsertim, ac Imperatorum Liberalitate & Munificentiâ, non solum per finitimas, sed & exteras ac longe dissitas Regiones tot tantisque Bonis ac Prædiis abundare cœpit, ut iis, non dicam administrandis, sed, quod etiam maxime intererat, tuendis seu conservandis omninò impar, mole suâ sæpius visa sit laborare.

Hinc

Hinc præter Potentiores illos ex circumvicinis Proceribus, qui gratiâ & mercede provocati, jamdudum nascentis hujus Ecclesiæ Jura & possessiones, Titulo plerumque Advocatiæ, defendendas & protegendas in se susceperant, alii quoque Viri militares ac strenui, magno numero, prout publicæ aut domesticæ rei status, & imminentia pericula suadebant, in eandem Clientelam adsciscendi fuêre, quibus itidem agrorum ac prædiorum portiones non modicæ, largâ manu, in Beneficium distribuebantur, ut tanquam Vasalli Fidem suam, & servitia exinde debita, sedulo præstarent, talesque sese probarent ubique, quales eos jam ad annum DCCLXXVIII. expertus fuerat Sturmio primus Abbas, dum illorum ope potissimùm adjutus, Monasterii sui Fuldensis Excidium ab hostica Saxonum Gente jamjam attentandum, feliciter prævertit.

Eigil. in ejus vita.

Certe sæculo illo VIII. quemadmodum & proxime sequentibus IX. ac X. Vasallorum Fuldensium non semel expressa mentio recurrit in variis donationum Tabulis, aliisque Chartis authenticis, quæ dum illorum antiquitatem evidenter probant ac stabiliunt, simul Beneficiorum seu Feudorum, de quibus investiti erant, Præstantiam Excellentiamque impensiùs commendant: ut enim de tot Castris, Terris, Prædiis, Villis, Oppidis, ac integris etiam Comitatibus sileam, nihil, est quod hoc Titulo ab Ecclesia Fuldensi fuerit non impetratum, videlicet: Advocatiæ, Jurisdictiones cum mero aut mixto Imperio, Homines Censuales, Operæ & Servitia Hominum, culti incultique Soli Fructus, Silvæ, Montes, Curiæ Dominicales, Piscinæ, Rivi piscosi, Vectigalia, Ædes, seu Ædificia, Salinæ, Hospitia, Tabernæ, Molendina, denique omnia ex omnibus, quin & ipsæ etiam Caveæ & Furni in Vasallorum commodum ac utilitatem cedebant: sed quis Hubas? quis Mansos pari modo infeudatos, hæc inter dinumerare queat? eorum quandoquidem ultra tria millia adhuc sæculo XII. in solis Saxoniæ partibus exstitisse testetur coævus ac probatæ Fidei Scriptor.

Corp. Trad. Fuld. N. 118. 119. 444. 475. 544. &c.
Prob. 1. 2. 3. 4. 5. & seq.
vid. Elench. Vasall. primi ac secundi Ord.
Prob. 5.

Tam profusa, licet multoties coacta Largitio, Pietati illorum temporum maxime adversata est, animosque a pristino illo, quo erga sacra Loca ferebantur, zelo ac fervore si non avocavit penitus, ad hoc saltem induxit, ut deinceps suas oblationes, etiam sub pœnâ privationis, vetuerint ulli *Clerico, aut Laico*, amplius *in Beneficium* dari: verum hæc cautela toties sollicitè adhibita, non obstitit, quo minus adhuc plerumque Intentione sua defraudarentur Fundatores; hinc graves identidem exortæ querelæ, tum Monachorum adversus Abbates, tum Abbatum è contrario adversus Vasallos, & quidem rectius, eò quod hi multifariis donis ac muneribus, importune, opportune impetratis, non contenti, etiam propria authoritare sumerent „de adjacentibus Ecclesiæ bonis, quantum sibi bonum videbatur, & haberent sibi *pro* „*Beneficio*, quin & ipsos Ecclesiæ servos, ac Sancti Bonifacii Familiam ubique turpiter diriperent, non alio assueti Jure, aut verbis adhoc uti, quàm: *Meus es Tu, meus es Tu, Ego Te in Beneficium acquisivi.* Auxit tristem hunc Rerum statum crescens in dies, immò inexplebilis quorundam ex iis aviditas, quando etiam ad Ecclesiarum Titulos, & ad Decimas, sustentationi Monachorum, simulque Hospitum, ac Pauperum susceptioni unice destinatas, concupiscentiæ animum adjicientes, eas tandem pro Stipendio ac Beneficio non tam obtinuisse, quàm extorsisse visi sunt.

Corp. Trad. Fuld. Num. 459. 471. 517. 518. 549. 623. &c.
Lamb. Schafnab. p. 150.
Brovver. antiq. Fuld. pag. 306. & 266.
Prob. 5.

Inhibuerant quidem id severissime Gregorius VII. ut & Urbanus II. summi Pontifices, prior Anno MLXXVIII. in Romanâ, alter Anno MXCV. in Claromontanâ

tanâ generalibus Synodis, jusserantque Decimas illas a Laicis quomodocumque possessas aut occupatas, velut iniquum spolium illicò Locis sacris restitui, sed durus sermo aures offendebat omnium, & inveterato malo non facile fuit remedium adhibere, quanquam ne latius serperet, effecêre postmodum Lotharii, & Conradi III. Cæsarum Præcepta notanter in favorem Ecclesiæ Fuldensis emanata, cujus Res & Facultates sic *miserabiliter distrahi*, *ac inutiliter distribui*, ægrè admodum ferebant; Quod si ejusdem cum iis piæ mentis, ac Intentionis fuisset eorum in Imperio Successor Fridericus I. novamque desuper prolatam ab Urbano III. Pontifice Censuram, suâ quoque, ut par erat, authoritate fulsisset, poterat feliciora experiri, quàm dum adversus eandem graviter insurgens, Geilhusæ Anno MCLXXXVI. in celebri illo Germaniæ Præsulum consessu, Vasallorum causam (fortasse eò quod & sua propria esset) totis viribus defendere ac tueri conatus est, quamvis inter disceptandum, ipsâ urgente rei „evidentiâ, fateri Eum oportuerit: „Decimas à Deo Sacerdotibus & Levitis primitùs fuisse deputatas, quas si perturbatis postmodum Temporibus Præpotentes & Nobiles Viri ab Ecclesiis in Beneficio stabili acceperint, id ea ratione factum; *ut ipsi* „*Defensores Ecclesiarum essent, quæ per se sua obtinere non valerent.*

Prob. 3. & Brovver. Antiq. Fuld. pag. 262.

Arnold. Lubecens. in Chron.

Prob. 6.

Arnold. Lub. ibid.

V. Scilicet; hoc ipsum erat priscæ illius, ac mutuæ obligationis Vinculum, quod tunc penitus disruptum ac neglectum querebantur passim Ecclesiæ, unde facilè mihi persuadeo, illud ibidem solemni voto fuisse redintegratum, sicque Vasallos in toties sibi contestata Decimarum possessione demùm remansisse confirmatos, prout longâ ac antiquâ serie id probare videntur, qui hujusmodi Decimas ab Ecclesia Fuldensi eatenus tenuerunt in feudum in Locis Alefelt, Alda, Ermenesvverde, Liderbach, Omestat, Ammera, Lampfershausen, Bonemese, Nithartshausen, Neubrun, Milz, Clingen, Feltheim, Grunningen, Rodenhain, Selheim, Svvichershausen, Visburn, Themar, Hausen, Treysa, Hesele, Kaldebach, Willershausen &c. quas ex parte hic recensere non incongruum duximus, tum ut prævié discant ii, quorum interest, Feuda Fuldensia non omnia esse Oblata (quemadmodum Capite III. insequenti fusius ostendemus) tum, ut eorum Præstantia magis elucescat; quamquam

Ecclesiæ Fuldensi ad hoc etiam pro Gloriâ, sufficere debeat, Vasallos Eam habuisse Reges, ejusque Feuda ambivisse Orbis Dominos.

Vid. in Elencho hoc primi Ordinis Vasall.

CAPUT SECUNDUM.

DE NATURA, JURIBUS, AC CONSUETUDINE FEUDORUM FULDENSIUM, ET IN QUIBUS POTISSIMUM CASIBUS CUM JURE COMMUNI CONVENIANT, AUT AB EODEM RECEDANT.

I.

Corp. Trad. Fuld. num. 476. 650. FEuda ab Origine sua fuisse temporaria, quin & pro dantis arbitrio potuisse adimi, certum est: hinc & in iis nequidem Filius post obitum Patris succedebat, nisi ex novâ Domini gratiâ, aut certe ex pacto: donec tandem aliter invaluit, ac quasi de Jure concessum; Thomas. vet. Lib. Benef. p. 105. & seq. ut *Pater hæreditaret in Filium possessionem sicut & Beneficium*; non tamen in quemlibet ex eis, aut etiam in omnes simultaneè, sed in eum duntaxat, cui placeret Domino illud confirmare.

Cœperunt itaque tum temporis transmitti hac ratione Feuda ad posteros primi acquirentis, modò hi essent Filii ultimorum possessorum, ita ut Filiorum ante Patrem defunctorum Nepotes exinde remanerent exclusi; in quo nihilominus priscos mores postmodum ineunte sæculo XI. immutasse fertur Conradus Rex hujus Nominis II. Salicus dictus, dum *antiqua Beneficia Parentum nemini posterorum auferri sustinens*, ipsis quoque prædefunctorum Filiorum Nepotibus in hoc subvenire statuit, quandoquidem Jus Repræsentationis videbatur tam naturale: Verum an hoc indul- Apud Pistor. Script. Rer. Germ. gentissimi Principis Edictum, quo militum animos sibi plurimum devicisse testatur ejus vitæ scriptor Wippo, locum ubique obtinuerit, non levem dubitandi ansam submovet Charta Egberti Abbatis Fuldensis Werinhardo Viro Nobili concessa, per quam, diu etiam post obitum prædicti Regis Conradi, nimirùm Anno MXLVIII. Corp. Trad. Num. 606. ambo adhuc *pactum firmum* inter se *condixerunt*, *ut si idem VVerinhardus moreretur*, *Filius ejus Beneficium susciperet & deserviret.*

II. Hinc insuper conjecturare libet, si quidem adhuc pacto tunc opus fuerat, saltem Feuda Fuldensia in eum modum a primo acquirente ad Filium transmissa, mor- ibid. N. 84. 151. 209. 210. 211. 212. tuo hoc secundo Possessore, pro veteri sua consuetudine reversa fuisse ad Dominum, ac necdum in iisdem tunc successisse Nepotes, multo minus Fœminas, quæ seriùs Ibid. N. 606. 607. 613. 616. admodum, idque primitùs per simultaneam investituram unà cum Maritis, quibus in hunc casum cuncta servitiorum onera incumbebant, admissæ, non nisi ex pacto Prob. 212. post horum obitum Beneficiis sic obtentis ad dies vitæ dumtaxat fruebantur; quem- Prob. 305. 546. admodum Sæculo XIV. plerumque usitatum erat, donec sub idem ferè tempus Indulgentiores effecti ex recentioribus Abbatibus nonnulli, tanta erga illas Juris benignitate usi sunt, ut Beneficiorum seu, Feudorum Fuldensium, quæ universim a Prob. 12. 211. 222. 300. 414. naturâ suâ hucusque masculina fuerant, multa converterint in Fœminina, multa alia, occasione Pactorum, Conventorumque sic immutarint, ut promiscuæ Successioni

cessioni in iisdem Locum statuerint; hac quidem Lege, ut Fœminæ non admitterentur, nisi post Masculos ex primo acquirente ortos, eæ tamen sic admissæ excluderent proximiores agnatos. Prob. 171. 324.

III. His non obstantibus, salva remanserunt Feuda masculina quamplurima, quæ ex eo quod pristinam Indolem constanter retinuissent, & non nisi masculis, etiam quandoque per progenies tribui ac conferri solerent, demum Feuda Masculina-Hæreditaria, *Erb-Man-Lehen*, quemadmodum pari vocabulo Feuda Castrensia (quæ unius cum his, ejusdemque naturæ sunt) Feuda Castrensia hæreditaria, *Erb-Burg-Lehen* nuncupata sunt; non quasi per hanc denominationem censeantur devolvi hæreditariò ad successores, tanquam allodialia, seu res allodialis servitute gravata, quæ ad rem liberam proxime accederet; nec etiam quasi, juxta malè fundatam Recentiorum quorundam Opinionem, omnes Hæredes promiscuè admittant: sed quod ab antiquo transmissibilitatem quandam induerint, cujus soli masculi capaces sunt, exclusâ prorsus omni Fœminâ: sic hodiedùm in iis succedit Frater Fratri, nisi pacta, consentiente Domino directo firmata, intervenerint in contrarium; aut alter ex iis obiens, Liberos post se relinquat; tunc hi succedunt in quotam Feudalem Patris, excluso Patruo; Quod si vero e. g. ex tribus Fratribus unus prædefunctus reliquisset hoc modo Filios suos Hæredes, & alter dein moreretur improlis, tunc tertius succedit in bona Feudalia hujus sui ultimò defuncti Fratris, & excludit vice versâ Nepotes suos: nam juxta vetustissimam Juris Fuldici Consuetudinem ac observantiam, requiritur non solum, ut qui defuncto succedere debent, sint à primo acquirente orti, sed & simul defuncto sint gradû proximiores, quanquam duplicitas Vinculi inter eos nihil singulare operetur. Prob. 629. 630. 631.

Ut autem de masculinâ illâ hæreditariâ, tum & de promiscuâ, scilicet utriusque sexûs in Feudis Fuldensibus successione, cunctis plenius innotescat; statuimus, quod, sicut Juri communi nihil derogatum est, quando Feuda primitùs temporaria, postquam in Filios transmitti seu hæreditari cœperunt, passim Feuda Hæreditaria, *Erb-Lehen* dicta sunt: sic nec eidem vel in minimo præjudicari debet, quod Feuda nostra masculina, quando ex prævia Principis-Abbatis voluntate & beneplacito, per masculos in unâ eademque stirpe continuantur, Hæreditaria masculina seu *Erb-Man-Lehen* cognominentur. Id quod dum sexcentis Exemplis demonstrari posset, satis fuerit nonnulla ex iis allegasse, quæ reliquorum omnium instar sint; atque adeo quid in hoc clarius? quid expressius? quam Litteræ reversales Christiani ab Hayn, Henrici de Gladebach, & Joannis de Boventen, ubi prior in suis, datis Anno MCCCCXII. sic loquitur: *Bekenne* &c. *daz der Ervvirdige Herre, Herre* Prob. 311. JOHANS *Apt zu Fulde* ... *mich zu sim, und sins Stift* ERB MAN *genomen, und haben dorum mir, und* MINEN ERBEN *zu rechtem* MAN LEHEN *gelihen solche Phenning Gulde* &c. Alii duo autem Anno MCCCXCIX. simultaneè investiti: *Bekennen, daz vvir zu rechtem* ERB-*und* MAN-LEHEN, *solche Lehen und Gute als* EGKBRECHT *von* WESTERHOVEN *vormals von eyme Stifte zu Fulde zu Lehen gehabt hat, und darnach von im,* UF UNS GEFALLIN, *entphangin hant &c.* Prob. 303. Huc facit insuper Charta Eberhardi a Mörll, quâ ad Annum MCCCCV. tam ipse, quam & cœteri Prob. 406. ejus Condomini seu Ganerbii, ratione Feudi sui masculini, scilicet Castri Urtzel cum attinentiis, sese Ecclesiæ Fuldensis Vasallos hæreditarios profitentur: *daz vvir zu*

Prob. 247. *Sines Stifts getruvve* ERB-MANN *sin, und bliben vvollen.* Easdemque conditiones admittunt, quas Nobiles ab Ebersperg, aliique pari nexu vasallitico adstricti.

Ex quibus omnibus horum Feudorum hæreditariorum *Erb-Manlehen* recta ac genuina significatio apertè demonstratur, ac simul inter ea, & Feuda masculina recta, simpliciter talia, vulgò *Man-Lehen*, non levis, imò necessaria quædam distinctio satis superque elucescit. Verum in Ludovico Hassiæ Landgravio res patebit adhuc evidentius: huic enim, ejusque, (quod amplius erat) universæ etiam
Prob. 29. 30. posteritati masculæ stirpis, Joannes Fuldensis Abbas Anno MCCCCXXXIV. ex speciali gratiâ, ac singulari benevolentiâ Exspectativam concesserat in cunctis Bonis ac Possessionibus quas hactenus Joannes Comes de Zigenhain, & Nidda, more Parentum suorum, ab Ecclesia Fuldensi tenuerat in Feudum masculinum, *Zu rechtem Man-Lehen*, casu quo is aliquando decessisset absque Liberis Feudi capacibus: quod ubi tandem Anno MCCCCL. Fata tulêre, supradictus Landgravius à Reinhardo de Wilnavv tunc temporis Abbate Fuldensi (juxta jam dictam conventionem cum hujus Prædecessore desuper initam, quâ scilicet; Feudum prius mere masculinum, ac ut tale nunc caducendum, in Feudum masculinum hæreditarium conversum fuerat) solemniter de eodem investitus est, sub hac sequenti formula: *So han vvir nu vor Uns, und unser Nachkomen und Stift zu* FULDA, *den obgenanten unsern lieben Herren und Frunt Lantgraven* LUDEWIG *von* HESSEN. *und sine* LEHIN-ERBIN, *und Nachkomen,* DIE FURSTEN DES LANDES ZU HESSEN SIN, *mit den egenanten Graveschafften, und allen ihren Zugehorungen, es sy en Slossen, Stedten &c. und nemlich auch mit allen und iglichen Lehin, die der egenante Grave von* CIEGENHAIN, *und sine Alderen und Vorfahren seligen vormals von unsern Vorfahrn seligen, und unserm Stift vormals Zu Lehen gehabt &c. vvie und vvelcherley daz ist, auch keins ausgescheiden, rechtlich und redelichs mugen, belehnt, und dem egenanten unserm lieben Herren und Frunt von Hessen,* SINEN ERBIN, *und Nachkomen, die Fursten des Landis zu Hessen sin, sollichs all vvie dan vorgeschriven stet, zu rechtem* ERB-MAN-LEHIN *geluhen, &c.*

IV. Supererat ex tota illa illustri Comitum Zigenheimensium stirpe Elisabetha Hannovia, Alberto Hohenloico nupta, prædefuncti hujus Joannis, ultimi Comitis, ex sorore Elisabetha Neptis, quæ nescio quibus somniantium quorundam Causidicorum inducta, seu potius seducta deliramentis, contendebat in Feudis hisce mere masculinis, ac taliter etiam Hassiæ Landgraviis ejusque hæredibus masculini sexus collatis, deberi sibi successionem, sed a Paribus Curiæ Fuldensis mox rejecta, saltu, tunc minus adhuc probato, ad Cæsarem prosiliit, coram quo Lis diutinè, ac maximis sumptibus agitata, tandem in Comitiis Wormatiensibus finem reperit; & possessio Feudorum prædictorum, juxta investituræ Litteras, Serenissimæ Domui Hassiacæ confirmata fuit. Potuit, ut opinor, adversæ partis subtilitatibus Locum aliquem forsitan dedisse terminus *Erb-Man-Lehn*, quamvis in gratiam Landgravii primùm adjectus, sub quo imperitiores nonnulli promiscuam successionem certò subintelligi, ac designari contendunt; sed præterquam quod ex jam supra allegatis, contrarium tam evidenter pateat, ut ulteriori elucidatione opus non sit, quis nescit? ad promiscuam illam successionem stabiliendam, pro fundamento requiri Feudum, aut ab origine suâ; aut ex Domini ordinatione Fœmininum, in quo nihilominus
Prob. 630. conditio masculorum semper est potior, sic, ut si ex superstite Filia, quæ taliter post extinctos masculos in Feudo successisset, relicti essent Filius & Filia, ille ex solâ

sexus

ſexus ſui prærogativa excluderet Sororem uti fœminam, cui etiam poſthac ulterior nullus datur ad idem Feudum regreſſus, niſi in caſum, quo is, nempe Frater, decederet absque Liberis. Illud tamen notandum eſt, quod ſi extinctis pariter maſculis, Filia ex primo acquirente orta, aliquando ſuccederet, quæ jam Filium ex conjugio natum haberet, non ideò hic continuò matrem, ut Fœminam, excluderet; eâ enim exclusâ, & ipſe excludendus videretur, cum omne jus Succeſſionis, ratione hujus ſuæ matris Ipſi competat: unde paſſim in Litteris Inveſtiturarum, tales Liberi, qui tanquam Provaſalli Feudum vivente matre ſuſceperant, eâ mortuâ, proprio nomine inveſtiti dicuntur de Feudo: *So von ihrer Mutter auf ſie erſtorben, und gefallen iſt*: Idque juxta ritus ac conſuetudinem Feudorum Fuldenſium, vulgò *nach Fuldiſcher Lehen Herkomen, Recht, und Gevvonheit*: quæ etiam ultima clauſula non pro libitu accipienda eſt, multò minùs in alienum ſenſum torquenda, quaſi ubicumque adhibita reperiatur, promiſcuæ Succeſſionis certum ac indubitatum ſit indicium, prout Juris noſtri Fuldici Gloſſatores, ac Interpretes peregrini dudùm in vulgus ſparſerunt, quorum circa hoc grande Præjudicium, ac præconceptum Errorem, ut tandem aliquando deſtruamus, pauca ea quæ hic ſequuntur, obſervaſſe ſufficiet. Prob. 391. 434.

V. Equidem, jam ſupra ſufficienter oſtendiſſe credimus, ſimplicem omninò fuiſſe olim Feudorum Inſtitutionem, cujus deinde ampliorem formam effecerunt Pacta, quæ & utrimque tam ex parte Domini, quam Vaſalli probata, tandem Conſuetudine firmata ſunt: hanc autem conſuetudinem, poſtquam Eccleſia Fuldenſis ſemel receperat, conſtanter retinuit, & ad eandem provocavit, quando per ſequiora Tempora, in quibus Jure ſcripto opus eſſe cœpit, frequentes Tricæ, & Cavillationes, Legibus tum Allamannicis, tum Langobardicis ſubnixæ, in Forum Feudale irrepſerunt, idque Sæculo præſertim XIV. quo tandem famoſam illam clauſulam, *nach Fuldiſcher Lehn Herkomen, Recht, und Gevvonheit*: Primùm in Litteras ſuas Clientelares introduxit Curia Feudalis Fuldenſis, non alio fine, quam ut cunctis evidentius innoteſceret, fuiſſe ſibi jam olim, eſſeque etiamnum Jura propria, ac ſingularia, eaque vetuſtiſſima, quæ omninò non vellet, nec velit permixta & confuſa cum reliquis finitimarum, aut aliarum quarumcumque Provinciarum Juribus, id quod ex Codice noſtro Probationum clare patet, ubi multoties, & quidem in recentioribus Inveſtiturarum Litteris eadem hæc ſupradicta Clauſula ſimul cum aliâ, ſed reſtrictiori, ferè ubique reperitur conjuncta, ſic, ut, ſi Feudum ſit maſculinum, illud Vaſallo concedatur ſub his plane terminis: *Nach Mann-Lehen Recht*; ſi autem Caſtrenſe: *Nach Burg-Lehen Herkomen und Recht*, quibus mox in fine earundem litterarum adjici ſolet: *Alles nach Fuldiſcher Lehen Herkomen und Rechten*. Quemadmodum Joannes Abbas Fuldenſis Anno MCCCCXC. Feudum, quod ſibi ex obitu Nobilium de Werbergshauſen vacaverat, contulit Wilhelmo Comiti ab Henneberg *zu rechtem Man-Lehen, nach Fuldiſcher Lehn Gevvonheit und Herkomen*; Perduratque hoc Feudum vere ac mere maſculinum adhuc hodie in Sereniſſima Domo Saxonica, in quam tranſiit ex pacto; nec unquam, ob adjectam originaliter clauſulam prædictam, in dubium revocatum fuit, quaſi promiſcui Juris eſſe poſſet. Quin & Guilhelmum Haſſiæ Landgravium inveſtiens Joachimus itidem Fuldenſis Abbas Anno MDCLII. de Feudis maſculinis Comitum Hannoviæ in eventum defectûs maſculæ prolis, poſtquam his verbis ad hoc uſus eſt: *Das alsdan hochgedachte ire Liebden zu* HESSEN, *und dero nachkomende* MANNLICHE LEIBS LEHENS-ERBEN, Prob. 631. Prob. 293. 324. Prob. 76.

und

und vvan dero keine mehr vorhanden, die ubrige Fursten zu Hessen, CASSELERISCHE LINIE, *und ire* MANNLICHE LEIBS-LEHENS-ERBEN, *solche Lehen nach dem Rechten der ersler Geburt, vvurcklich zu handen zu nemen &c. und forters vor sich und ihre Leibs-Erben dieselbe von Uns, und unserm Stift* ZU MAN-LEHEN *entphangen, und*
Prob. 42. *tragen sollen &c.* assuetam hanc clausulam: *als Fuldischer Lehen-Recht, und Herkommen ist*; nihilominus superaddi voluit, non tanquam promiscuæ successioni, cui hic Locus nullus statuitur, favorabilem; nec etiam ut superfluam, quemadmodum multis videri posset: sed ut per eam Ecclesiæ Fuldensi, Jura sua Clientelaria, salva, sarta, integraque persisterent, nec non ejusdem Interpretationi unicè reservata.

Prob. 146. 158. 163. Occurrit insuper eadem illa Formula seu Clausula in Litteris Clientelaribus Civitati Francofurtensi, Oppido Creuzburg, tum & Commendatori Ordinis S. Joannis Hierosolymit. in Wachenhusen non semel concessis, in materia Feudorum, quæ aliunde, etiam ex proprio suo instituto, Fœminas excludere quis non videt? Quod si forsitan vis præcipua, & argumenti oppositi pondus in coadunatâ illâ voce *Fuldisch-Lehen* quæritur; nec hanc pro successione promiscuâ Sexui Fœmineo ullatenus favere posse contendimus; quandoquidem sub hac ipsâ expressione, ut plurimùm designata veniunt Feuda mere masculina, quale fuit inter alia, curtis illa, quam Anno MCCCLXXIII. Hermannus & Ebervvinus de Nettur susceperunt *zu*
Prob. 412. *Mannschaft, und zu rechtem Fuldischen Lehen.* Sic Anno MCCCCXLVII. Henricus Comes de Svvartzburg Junior investitus reperitur de Castro & Oppido Almenhausen &c. tanquam de Feudo Masculino, quod sub hoc Titulo, scilicet: *Zu rech-*
Prob. 122. 124. *tem Man Lehen* à Patre suo hæreditaverat, cum tamen hic illud ipsum Feudum in Litteris suis reversalibus datis Anno MCCCCXVIII. nuncupet *eyn recht Fuldisch Lehn.* Quin & Laurentius Fulhaber Anno MCCCCLX. *solch Fuldisch Lehen* (fuerat autem Feudum Castrense in Stolzenberg) refutat de consensu Abbatis Fuldensis in favorem
Prob. 288. & in Elencho Agnati sui Henrici Fulhaber, eo quod ob assiduas ægritudinis molestias illud personaliter deservire amplius non posset.

His addimus Stylum ac Locutionem ipsam Parium Curiæ Feudalis Fuldensis,
Prob. 189. & 190. qui in sententiâ latâ Anno MCCCXL. adversus Elisabetham, relictam Ulrici de Bieckenbach, ejusque Filias, introducunt Henricum Abbatem Fuldensem Feuda Masculina Ecclesiæ suæ aperta repetentem, his verbis: *und klagte umme Habersheim, und umme alle die* GUT *und* LEHEN *die* FULDISCH SIN, *und die Ulrich von Bickenbach hatte von yme und von syme Stiffte, daz in die ledig vvorden sin von Todes vvegen desselben Herren Ulrichs, und daz Frovve Elsebethe etzvvan sin Ehlig VVirtinne und ire Tæchter in die vorbilde vvider Recht &c.* Simili fere Expressione usus est Anno MCCCCLXXXVI. Joannes Fuldensis Abbas, quando unà cum Paribus suis ipsemet Judex in controversiâ motâ inter Andream, & Dorotheam ab Herda agnatos,
Prob. 324. 627. huic cuncta bona Feudalia à Patre defuncto hæreditata adjudicavit, exceptis unicis Feudis, quæ is titulo Castrensi possedisset: *Usgeschiden vvas Frund seliger von Herda* FULDISCHERBURG GUT *gehabt het.* & quæ Andreæ obtigerunt, cum essent à naturâ suâ masculina, consequenter pro veteri ac receptâ consuetudine ad masculos spectare debebant, quamdiu horum aliquis ex primo acquirente supererat: iis autem in totum deficientibus Feudum hoc Domino censebatur apertum, idque; *nach* FULDISCHE BURG-GUTER *Gevvonheit*, prout habent eædem Litteræ, & etiamnum hodie

die usu servatur. Plura hujusmodi Exempla hic reproducere supersedimus, siquidem ex iis, quæ mox in sequenti capite à nobis denuò alleganda sunt, res quantumvis ex se jam clara, apparebit adhuc manifestior; reliquos itaque, ac præcipuos tum Juris, tum Consuetudinis Feudorum nostrorum Fuldensium effectus pari modo hic demonstrare aggredimur.

§. I.

De Alienatione.

I.

OMnis Feudi Fuldensis alienatio requirit prævium Principis-Abbatis, nec non & Agnatorum consensum, sine quo non solum ipso Jure declaratur nulla, sed Prob. 27. 95. insuper venditor punitur amissione ipsius Feudi, eo quod penes Dominum Feudi 198. 236. tota ejusdem proprietas consistat, ac constanter remaneat, agnatis verò Jus in eo- 378. 386. dem Feudo succedendi videatur quodammodo acquisitum: undè talis alienatio, per 392. &c. se, quocumque Titulo facta, nequidem in favorem proximioris alicujus agnati, Prob. 21. aut etiam Ecclesiæ, seu ad pias causas licita est, ut patet jam olim receptum fuisse, 103. 181. quandoquidem Anno MCLXXXVII. Hartungus de Sunneburn Bona, quæ à Progeni- Corp. Trad. „toribus suis loco Beneficii a Fuldensi Ecclesia sibi provenerant, non nisi *de per-* Fuld. num. „*missione & Consensu* Conradi Abbatis pro suo, suorumque Remedio, Ecclesiæ jam 653. 661. dictæ retradidit. Similiter Mechtildis, pia Conradi Militis relicta vidua, postquam de bonis suis Fuldensibus idem facere decrevisset, Henricum Abbatem, *sicut justum erat*, ut ad hoc *per consensum suum* operam dare vellet, *humiliter*, *& cum instantia requisivit*. Verum ne per hujusmodi frequentes nimiùm alienationes contingeret aliquando Ecclesiam Fuldensem debitis servitiis defraudari, constitutum fuit, ac passim etiam observatum, ut Vasalli hoc in casu refunderent seu reassignarent in compensationem de Bonis suis ptopriis ac allodialibus, tantum, quantum ex Feudalibus sic alienaverant, illudque deinceps tam pro se, quam & Hæredibus suis, Titulo eodem, eademque Lege, quâ prius, tenerent ac possiderent ab Ecclesiâ prædictâ, hinc patet quam prorsus imperitè sentiant, qui nullâ præviâ indagatione, similia Feuda cum oblatis confundunt.

II. Præter hanc cautelam, alia quandoque, sed benignior in permittenda Feudi alienatione adhiberi solebat, nimirum: ut venditor, tanquam Vasallus honorarius, ad dies vitæ suæ nihilominus remaneret adstrictus, qualem se inter alios Prob. 180. profitetur Engelhardus de Munster, his verbis: *das ich, und myn Erbin, doch* 375. 408. *von derselben Gute vvegin, in Mannschafft vorbundin sin und bliben vvollen und sulln, unserm obgenannten gnedigen Herren und Stifft in alle VVis &c.* ubi & hoc singulare est, quod is obligationem illam etiam extendat ad Hæredes.

III. Solet interdum etiam pecunia ex hujusmodi alienatione Feudi contracta, penes Vasallum remanere deposita, quam Titulo Feudali possidere jubetur: sic hodie nobiles ab Hagen (quemadmodum olim illi de Bastheim, aliique plures Vasalli) mille Florenos in Feudum recognoscunt ab Ecclesia Fuldensi, quoadusque eosdem in Fundum Clientelarem, aut res Fundo cohærentes converterint, Lege, quâ prius, possidendos.

IV. Illud insuper notatu dignum occurrit, nulli esse licitum Bona sua Clientelaria, ut nec Allodialia intra Territorium Fuldense sita, alienare in favorem alterius Domini extranei, cujuscumque ille sit statûs aut conditionis, nisi prius ea in eun-
Prob. 191. 338. 342. 604. dem finem sub æquis licitationibus præsentaverit Principi-Abbati, tanquam Domino suo naturali simul & directo, idque juxta veterem Observantiam, quam & Maximilianus I.
Prob. 551. Rex Rom. singulari Præcepto confirmavit Anno MCCCCXCIV. Hinc aliquando in casu simili Wilhelmus Hassiæ Landgravius Lite cecidit, ac aliàs etiam repulsam
Prob. 35. 36. passus est. Habet è contrario Abbas Fuldensis plenam ac liberam potestatem alie-
Prob. 29. 37. 76. 132. 262. nandi Feuda & Vasallos suos, etiam invitos & inconsultos, transferendique Dominium suum directum, in quemcumque, dummodò non sit inferioris Clypei: prout Anno MCCCXC. cessit inter alios Balthasari Thuringiæ Landgravio Nobiles ab Erffa,
Prob. 28. scilicet: *mit Hand, und Mund, und mit Macht unsir offen Brive.* Cui Juri nihilominus etiam benevolè, in perpetuum renuntiare potest in favorem tertii, quem-
Prob. 625. admodum id gratiosè experta est Civitas Francofurtensis Anno MDIII. ratione Feudi Bonemese.

Verùm quod in Vasallis occasione frequentium illarum alienationum, hoc & postmodum in ipsis Abbatibus Fuldensibus culpatum est, si tamen culpa dicenda fuit,
Prob. 56. 57. 108. 160. 161. 201. 202. 232. 237. 251. 281. 531. 532. &c. quoties nonnulli ex iis, singulari quadam pietate moti, Bonorum Feudalium utile Dominium cum Directo consolidarunt ad opus Ecclesiarum, seu Monasteriorum, nullâ, aut simplici aliquot Librarum Ceræ recognitione sibi reservatâ, quæ & ipsa successu temporis neglecta, tandem prorsus evanuit.

V. Denique Vasallo Fuldensi observandum restat, quod tam in alienatione, quam & Oppignoratione bonorum Feudalium, semper Domino Laudemium exinde persolvitur; nimirum dimidius Imperialis, seu XLV. cruciferi in singulos centum Florenos, præter integrum Imperialem pro Expeditione; idque ad majorem securitatem Creditoris.

§. II.

De Oppignoratione.

I.

In Oppignoratione Feudorum Fuldensium, per quam non Dominium, sed solummodo Jus in re transit in creditorem, eadem prorsus observanda sunt, quæ in alienatione, cujus illa est species.

II. Tempus, quod huic oppignorationi olim præscribebatur, se se extendere solebat ad III. ad VI. & quandoque etiam ad XII. annos, quo termino pendente so-
Prob. 42. 52. 223. 453. 584. lebat Vasallus se in durissimas conditiones obligare, manebatque insuper nexu suo Clientelari adstrictus; quod si termino sic elapso, necdum Feudum suum penitus exonerasset, tunc Principi-Abbati licitum erat, illud liberare, ac cui vellet etiam conferre. Per has, quantumvis severiores, sed pacto utrimque firmatas Conditiones prudenter cautum est, ne Feuda aliquando deperderentur, quemadmodum frequenter fieri solebat; Quin & interdum Bona allodialia, *nomine Interpignoris*, Do-
Prob. 487. 497. mino assignabantur, quoadusque Clientelaria illa, essent onere suo soluta.

III. Cæ-

III. Cæterum, Creditor cui Feudum in aliquo simplici debito erat obligatum, agebat coram Curia Parium pro obtinenda solutione, & licet ad ejus Instantiam Executio facta fuisset in Fructus Feudi, Feudum non idcirco censebatur resolutum, quandoquidem Jus utile Feudi insit personæ Vasalli, qui ex sola obligatione sua personali tenetur etiam ad servitia præstanda. Prob. 549.

§. III.

De Refutatione.

I.

FEudi Refutatio, aliud nihil est quam Dominii utilis Resignatio, ad quam ritè perficiendam tenebantur antiquitùs Vasalli Fuldenses Dominum suum personaliter convenire: aut certè sub modo, & formâ ipsis aliunde præscriptis Rem exequi in præsentia Vasallorum ad hoc specialiter deputatorum. Prob. 129. 192. 233. 283. 359.

II. Solet autem hæc Refutatio fieri ex duplici Capite; aut in Favorem Domini [a] simpliciter, & sic utrumque Dominium in ipso consolidatur: aut in favorem Tertii [b], sub expressa conditione, ut Dominus Feudum ita refutatum Tertio velit conferre, quo in casu, præter Agnatorum [c] consensum, etiam Domini authoritas intervenire debet, qui idcirco, & quidem enixis precibus *durch Got*, *und durch Gnad*, rogandus est: quandoquidem ipso invito id quod petitur fieri non possit: notanter in Feudis ad certum servitium datis; propterea quod Vasallus censeatur initio liberam habuisse voluntatem se non obligandi ad illud servitium faciendum, & consequenter Feudum eidem annexum non acceptandi. [a] Prob. 191. 213. [b] Prob. 60. 78. 118. 360. [c] Prob. 229. Prob. 65. 83. 178. 390. 411. 482. 510. 582. Prob. 577. 569.

III. Hoc insuper singulare est, quod Vasalli, qui Juri Refutandi Feudum, pro se & Hæredibus suis renunciaverunt, quamvis postmodum, etiam Domino consentiente, Feudum illud suum alienent, remaneant nihilominus quoad personam suam Clientelari vinculo adstricti: hinc tales passim in Litteris suis reversalibus se se *Evvigliche Mann*, sive Vasallos perpetuos nuncupant. Prob. 72. 79. 85. 110. 223. 265. 284. &c.

§. IV.

De Subinfeudatione.

I.

CUm eadem prorsus sit conditio Vasalli ac Subvasalli respectu Domini Superioris a quo uterque dependet, hinc in Subinfeudationibus antiquo Jure suo passim usi sunt Abbates Fuldenses, quando, ne sibi forsitan invisus aliquis, aut servitiis impar obtruderetur Vasallus, expresse cautum voluerunt, ut absque suo consensu ac voluntate, nullus alterum subinfeudaret, aut alteruter eorum quidquam de Feudo alienaret, quin & mortuo subinfeudante, subvasallos illos, quibus subfeuda taliter dari consenserant, ipsi denuo investierunt, juxta veterem illam Legem: *Bona sua cum Hominio Homo in superiorem Dominum sequatur, cum Dominus suus moriatur & roget illum, ut Beneficia in eum translata, secundùm jus, sibi concedat.* Prob. 76. 124. Prob. 281. 409. Prob. 474. Thomas. Libell. Benef. p. 116.

II. Cavendum est autem Vasallis, ne taliter alios subinfeudando, aliquid in Fraudem Legis committant, sed Feudum eodem modo conferant, quo illud eatenus possede-

possederunt. Invigilent insuper, ne quid in illo ulteriùs innovetur absque prævio Domini assensu, qui ubique necessarius est; & ne ultra personam, in quam ipse consensit, subinfeudatio se se extendat, ob periculum amissionis, quod antiquis *illis* temporibus, ubi subinfeudationes etiam in infinitum licitæ erant, Ecclesiam Fuldensem frequenter agitavit, maxime quoties Feuda sua in manibus Regum, ac Potentiorum versari contigit, quandoquidem ab his inter milites variè ac in incertum distributa, tandem cum Feudis Imperii, aut Provinciarum, quarum erant Domini, permixta, desierunt esse Fuldensia, tum, cum ea recuperandi spes nulla amplius affulgebat.

Prob. 21. 108.

§. V.

De Dotis, ac Dotalitii constitutione.

I.

AD Constituendam in Feudo Fuldensi, sive donationem propter Nuptias, vulgò *Leib-Geding*, sive Morganaticam, *Morgen-Gabe*, quæ maximè inter se differunt, requiritur utrobique Consensus Domini, & Agnatorum: nec tamen obstant ea, quo minus aliquando Hæres Feudi investiatur, reservato viduæ suo Jure, quod per hujus obitum expirat.

Prob. 50. 385. 405. Prob. 610. Prob. 530. 539.

II. Olim in hoc ipso durior videtur fuisse Mulierum conditio, eò quòd *de Bonis Ecclesiæ Fuldensis* non poterant *indotari*, nisi prius se ipsas obtulissent in Mancipia ejusdem Ecclesiæ.

Corp. Trad. Fuld. N. 616.

III. Aliter hodie obtinet in Dote ex bonis Feudalibus de consensu Domini pariter constitutæ, quæ non debetur nisi post Nuptias, transmittiturque per obitum Fœminæ eam possidentis ad relictos ex se Liberos, eo ordine, qui in successione promiscua observari solet. Hinc tot Feuda Fœminina, ex merâ scilicet, ac liberali Principum-Abbatum Indulgentiâ in Curiam Clientelarem Fuldensem inducta sunt, ut hodie alia Feuda præter hæc non dari aut exstare amplius, libenter sibi persuadeat credulum Vulgus, ac proinde omnia *Kunkel-Lehen*, sive Feuda promiscua esse clamitet: cum tamen masculina plurima, eaque cœteris etiam longe præstantiora supersint, ut cuilibet Opus hoc evolventi facile constabit; quin imò ipsimet eorundem Feudorum Masculinorum Possessores Onus illud Feudi dotalis plerumque per pactum Familiæ declinarunt, aut paratâ pecuniâ redemerunt; nec in consortium suum Fœminas admisêre unquam, nisi ex supremâ Principis subvenientis voluntate ac jussu; tunc nimirum, quando iisdem Fœminis Legitima fuerat injuste denegata, quo casu, in Feuda quantumvis naturâ suâ masculina immitti solent, donec illis factum sit satis: prout id jam aliàs experti sunt Nobiles ab Ertal, Slitz, aliique plurimi.

Prob. 221. 606. Prob. 624.

Hæc ferè sunt, quæ ad Feudorum Fuldensium notitiam assequendam, præmittere necessarium duximus, reliqua contextus Operis nostri fusius explanabit.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

DE VARIIS FEUDORUM FULDENSIUM SPECIEBUS.

IN hac Feudorum divisione, seu distinctione, non alias intendimus reproducere Species, quam eas, quas nobis subministrarunt Chartæ nostræ; de Jurisprudentiâ Clientelari Scholasticâ cœteroquin in hoc parum solliciti, quandoquidem Feuda, sive sint propria sive impropria, data vel oblata, nova vel vetera, pari semper vinculo adstringant Vasallos erga Dominum suum, id quod Rationibus Historicis æque, imò solidius demonstrari potest, quemadmodum & cujusque Feudi Fuldensis differentia, quæ potissimum non nisi in varia illa servitiorum debitorum exhibitione, aut rei alicujus ex pacto præstatione annua solebat consistere, qualia erant *Burg-Lehen*, *Jæger-Lehen*, *Schüzen-Lehen*, *Rit-Lehn*, *&c.* tum & inter alia singulare illud, cujus possessor tenebatur in certam quantitatem lactis & panni linei, cum novo pare calceorum.

Prob. 225. 546. 569. 577. 579. Prob. 580.

Verum ad Notabiliora ac Generaliora ex iis progredimur; scilicet, MASCULINA, FOEMININA seu PROMISCUA, & OBLATA, ad quæ cuncta revocamus.

§. I.

De Feudis Fuldensibus Oblatis.

I.

IS olim, temporibus Pippini, Caroli M. aliorumque subsequentium veterum Regum Mos invaluerat, ut qui allodia sua in Jus & Dominium Ecclesiæ Fuldensis transferebant, eadem sibi ad vitam per modum Feudi, seu Beneficii, reconcedi rogarent, idque per Chartam *precariam* seu Libellum, quorum etiam petitioni mox per aliam Chartam, scilicet *prestariam*, ultro deferebatur; quin & jam dicta Ecclesia sæpius rei suæ propriæ usumfructum superadjiciebat, modico denariorum aliquot censu annuo, sibi exinde reservato, *ut cognoscatur*, inquit jam Anno DCCCXLI. in simili contractu Rabanus Abbas: *Vos, non ex Jure proprio, sed ex Beneficio nostro, ipsas res possidere.*

Corp. Trad. Fuld. Num. 35. 481. 522. 574. 576. 596. &c. ibid. 453.

Hinc rectè quidem deducitur Origo Feudorum Ecclesiasticorum, seu Oblatorum, sed quæ, tum ob donantium puram, sinceramque mentem, tum ob ingentes utilitates ac Divitias, quas in Ecclesiam Fuldensem invexerunt, cum recentioris ævi Feudis Oblatis, vix alicujus nominis, sed propemodùm imaginariis, confundi non merentur; illa siquidem produxit sola Pietas, hæc excogitavit Timor, aut servilis Reverentia, aut Lucri, seu Præmii Spes, aut denique Tuitionis fiducia, extiteruntque passim magis oneri, quam Honori, ac emolumento; Quod si profectò ex talibus Feudis Curia Fuldensis hucusque unicè fuisset composita, vix decem numerasset Vasallos, nec ex his Ei plures hodie superessent quam duo, scilicet Dux Saxo, & Hassiæ Landgravius; prior, ratione villarum Bettenhausen & Seba,

Prob. 51. 133. 222. 412. 415. 427.

Prob. 14. 68

Feudi quondam Anno MCCCXX. à Bertoldo Comite de Henneberg oblati. Alter, ratione Castri Sturmfels cum attinentiis, quod pari modo Godefridus Comes
Prob. 29. 30. 51. de Ziegenhain Anno MCCCLIII. Ecclesiæ Fuldensi transcribens, mox ab eâdem pro se, suisque Hæredibus receperat in Feudum.

II. Aliter igitur mecum sentire oportet eos, qui dum nil præter Feuda Oblata somniant, nunquam forsitan attentè satis perpenderunt, sub hoc nomine priscas illas Fidelium Oblationes plerumque intelligi ac designari, quæ postquam a Jure Feudi seu Beneficii absolutæ, Ecclesiarum ac Pauperum usibus, ad quos initio unice fuerant destinatæ, aliquamdiu inservivissent, tandem Feudorum Datorum naturam, depositâ propriâ, non nisi ægre admodum induerunt, quoties scilicet per tumultuaria illa, ac Civilia Bella, Abbates Fuldenses ea Militibus suis erogare compulsi sunt, ac necesse habuerunt, ut saltem hac ratione per unam Bonorum portionem in eum modum quasi alienatam, altera salvaretur. Sic jam olim Hada-
Prob. I. II. 63. marus Abbas Bernoni *Vasallo suo* tradere præcepit vineas & areas cum mancipiis; sic Bernardo Saxoniæ Duci ingens *Beneficium per diversa Loca præstitum est.* Sic Rapoto Comes Hennebergius ultra CCLX. Terræ Jugera, quæ in *Regione Hasegevve* Sancto Bonifacio oblata fuerant, obtinuit.

Longior forem, quàm Ratio postulat, si singula hic commemorem, quæ non solùm potentioribus aliis Proceribus, sed & Equestris ordinis ac dignitatis Viris fortibus, tam intra quam extra Ditionem Fuldensem simili modo in Feudum cesserunt, ea siquidem facile deprehendet, quisquis Traditiones nostras Fuldenses cum duplici illo Vasallorum Elencho huic Operi annexo, conferre non gravabitur: illic enim occurrent plurima, etiam ex præstantioribus Ecclesiæ Fuldensis Prædiis seu Latifundiis, quæ olim potissimùm ex liberali Regum Donatione ac Munificentiâ provenerant, aut per commutationes cum viris Illustribus initas fuerant acquisita: ut
Corp. Trad. Fuld. n. 314. 558. 19. 90. 570. 583. 600. 168. 27. 550. 299. Prob. 111. 102. 103. 122. 60. 58. 43. 47. &c. sunt Massenheim, Sumerde, Tynningen, Dyenheim, Steina, Obenheim, Bonemese, Meckmul, Omestad, Remlingen, Bingenheim, Echzell, Heidingfelt &c. quæ omnia subClientelari nexu constat fuisse, aut etiamnum esse, ac versari in manibus respectivè Comitum ac Principum ab Oetingen, Wertheim, Schvvartzburg, Nassau, Rotenburg, Hanavv, Castel, Hohenloo, Lovvenstein &c. nec non & Landgraviorum Hassiæ, aut certè Magistratûs & Communitatis Civium Francofurtensium, Erfordiensium, Oppenheimensium &c. Mitto innumera alia ejusmodi mercenariæ, non spontaneæ Subjectionis Exempla, qualia demum etiam produxerunt FEUDA CASTRENSIA in maximâ illâ, quâ olim Germania laborabat, numorum raritate & penuriâ constituta, quæ postquam Ærarium Fuldense, ac Telonia, penitus exhauserant, ne tamen militibus taliter acquisitis stipendia sua deessent, dum cuncta jam defecerant, Vasa sacra, & ornamenta Ecclesiæ prætiosa quævis, simul conflare, & in denarios convertere, dura sæpius coegit Temporum necessitas; nec, quantumvis fracta ac soluta omnis sic videretur Abbatum Fuldensium Potentia, ad seram, imò nostram usque ætatem cessatum est a novis condendis Feudis, tum ex
Prob. 548. Prob. 142. Prob. 23. 29. 40. 42. 78. 301. 539. Hostium, aut Rebellium Spoliis, tum ex prædiis Clientelaribus, per obitum, aut alio quovis modo apertis, quin & insuper in Feudis, etiam proxime in utilitatem Ecclesiæ reincidendis, Exspectativæ liberaliter concessæ sunt.

III. Unde

III. Unde evidenter patet, quam erronea multorum circa hoc sit opinio, seu potius in contrarium assertio, qui dum in rerum origines non satis inquirunt, haud dubie Feuda Substituta cum Oblatis, ut facilè, sic pessimè confundunt, ac falso hoc innixi Principio, durius semper in Curiâ secum agi conqueruntur, quando tamen nulla favoris, nulla gratiæ impendendæ causa subest, sed potius illis regerendum foret illud Apostoli: *Quid habes quod non accepisti?* Ea siquidem est I.Cor.4.v.7. Feudorum Fuldensium natura, ac genuina Indoles, ut pro Datis, & Beneficiariis, passim habeantur, nisi aliter probentur, consequenter in dubio semper pro Domino standum erit: nec enim decantato toties axiomati: Pedum neminem excludit, vulgò **Krumstab schliesset niemand aus.** Locus ubique apud nos datur, ut fusius in sequentibus demonstrabimus.

§. II.

De Feudis Fuldensibus Masculinis.

I.

QUandoquidem de Feudis Fuldensibus, utpotè ab origine sua universim Masculinis, jam suprà, Capite præcedenti latè disseruerimus, pauca nobis circà eadem hic rursus examinanda occurrunt, cum præter Masculos, qui soli, juxtà communem significationem *Hæredes Feudorum capaces* censentur, Fœminas nun- Prob.30.40. quam admisisse reperiantur, nisi ex pacto, aut Principis-Abbatis Indulgentiâ, cu- 205. 413. jus dum variæ Extensiones, ut & Limitationes pro libitu esse possint, diligenter 541. 630. ante omnia inspiciendæ, ac attendendæ erunt investiturarum litteræ, quoties id ca- 632. sus exiget, ne quidquam præjudicii exindè subrepat. Prob. 190. 211. 212. 222. 414.

II. Cæterum, Feuda Masculina, simpliciter talia, & Feuda Masculina Hæreditaria, vulgo: *Man-Lehen*, & *Erb-Man-Lehn*; eadem quidem sunt inter se quoad substantiam, sed in hoc vel maximè differunt, quod dum ambo solos masculos, a primo acquirente ortos, attendant, Feudum masculinum simplex hæreat ac persistat unicè in Lineâ descendente recta: hæreditarium verò, etiam ad Lineam transversam, seu ad collaterales masculos sese gratiosè extendat, quibus utrobique deficientibus, Feudum Domino fit apertum; nullâ prorsus Fœminarum ratione habitâ.

Hunc autem esse pristinum illum Juris Fuldici Rigorem, nec non & veterem, constantemque Observantiam confirmant evidentissime inter alia plurima istiusmodi processûs Exempla, ea quæ sequuntur, videlicet: Quando, obeunte ad annum Prob. 189. MCCCXL. Ulrico de Bickenbach absque prole mascula, Feudum ejus masculinum, 190. quod relicta Uxor cum Filiabus præter jus occupaverat, ex sententiâ Parium Curiæ Fuldensis declaratum est apertum: ita, ut nequidem Conradus de Bickenbach, quantumvis defuncti Ulrici Frater, ac de parte ejusdem Feudi jam antea investitus, ad ampliorem hanc successionem seu hæreditatem fuerit admissus: eos autem fraterno vinculo inter se fuisse conjunctos, vel ex hoc colligimus; quod Henricus Abbas in Litteris suis Clientelaribus utrumque avunculi nomine compellet. Simile Fatum experti sunt Anno MCCCCXC. proximiores Hæredes Petri de Werbergshusen, Prob. 76. qui postquam à Feudo ipsius defuncti masculino fuissent penitus exclusi, illud demum

mum prece ac pretio obtinuerunt sibi dari in subfeudum, Hermanno Comite ab Henneberg intermedio, nec non assentiente Simone de Gœrtz, cui Joannes Fuldensis Abbas idem Feudum contulerat, ut caducum.

Verum longè recentiora sunt, quæ in pari casu nobis subministrat sæculum proximè elapsum, ubi Joannes Bernardus Fuldensis Abbas investiens Anno MDCXXX. Prob. 128. Joannem Comitem de Tylli de Castro Braunfels cum attinentiis (quod Feudum eatenus simpliciter masculinum Joannes Albertus Comes de Solms ob admissum perduellionis Crimen recenter amiserat) eâ Juris sui benignitate usus reperitur, ut eidem Comiti de Tylli, in eventum defectûs masculæ prolis, Comitem Wernherum ejus agnatum, expressis verbis substituerit; quæ sane Clausula extensiva, quemadmodum in Feudo Masculino Hæreditario fuisset omninò inutilis ac superflua: sic è contrario hic in materia Feudi purè ac simpliciter Masculini, eò quod collaterales excludat, necessariò fuit adhibenda: Unde, non arctum Consanguinitatis Vinculum, non Pacta, quæ Comites Hannoviæ utriusque Stirpis Minzenbergicæ, & Lichtenbergicæ, dudùm, sed insciâ Fuldensi Ecclesiâ, inter se firmaverant, efficere potuêre, quominus eorum ordo successionis steterit aliquando interruptus in Feudo Vid. in Elencho. Vasall. primi Ordin. Fuldensi mere masculino, quod extinctâ priori Lineâ rectâ primi acquirentis Minzenbergicâ, Hermannus-Georgius Abbas illicò ut possessore vacuum apprehendit, ac in Ecclesiæ suæ utilitatem totum convertit: donec tandem Anno MDCXLIII. illud ipsum superstiti Lineæ collaterali Lichtenbergicæ, ex singulari gratiâ, ac favore, re- Prob. 42. concessit in Feudum novum masculinum: quin & Joachimus, ejus in Abbatiâ Fuldensi postmodum Successor, ne à Feudi hujus naturâ deviaret, dum Serenissimæ Domui Hassiacæ, nolens volens, expectativam in eodem indulsit; illud solis Masculis Lineæ Casselensis rectæ, nimirum à Guillelmo Landgravio, primo acquirente, ortis, inhærere; nec, (accedente etiam desuper novâ gratiâ) ulterius, quam ad Collaterales masculos Lineæ Casselensis ejusdem, extendi statuit, quibus in totum deficientibus, Feudum Ecclesiæ Fuldensi fieret apertum. Idem fere evenit Anno MDCLXIV. post Obitum Ernesti Comitis ab Isenburg-Grensau, Stirpis suæ ultimi, quando in Feudum ejus se se pleno Jure intromisit prædictus Joachimus Abbas, reclamantibus frustra ex adverso, ejusdem Agnatis Isenburgicis, quos non nisi post Prob. 142. enixas preces, ac diutinas sollicitationes demùm Anno MDCLXVI. ex speciali benevolentiâ de jam dicto Feudo investivit per modum Feudi novi Masculini, idque simultanèe cum Baronibus de Walderdorff, qui in eodem hoc Feudo tunc erant plane extranei.

III. Aliter obtinet in Feudis Hæreditario-Masculinis *Erb-Man-Lehen*, quem- vid. Cap. II. admodum id sufficienter capite præcedenti demonstrasse credimus, in iis enim successio illa per Masculos à primo acquirente pariter ortos, latiùs continuatur: nisi fortasse etiam in casum, quo Principis-Abbatis voluntas, aut condictum, Feuda illa restrinxisset ad certos quosdam hæredes, eaque sic vetuisset transmitti ulterius; quo- Prob. 330. 367. 470. modo inter alios Conradus Abbas Anno MCCCLXXXII. Richolfo Hœlin, ejusque Filio Joanni, bona quædam in Feudum masculinum: *Zu ir beidir, und ir islichs besundern Lebetagen, und nicht lenger*; contulisse reperitur.

§. III.

§. III.

De Feudorum Fuldensium Masculinorum subdivisione.

Feuda Masculina, quæ singulari quodam Nomine insignita occurrunt, in unam Classem colligere, ac de cunctis hic sigillatim agere, Instituti nostri ratio postulat: eorum autem nullum est, ut patebit ex sequentibus, quod in Fœminas cadat: licet quandoque ex Indulgentia Principis Abbatis, aut alio quovis favorabili motivo, reperiantur simultanèe cum maritis de eisdem Feudis investitæ, quo in Prob. 190. 212.
casu servitia exinde debita eis censebantur remissa, & post Mariti Obitum, fructibus Feudi potiebantur, ad vitam dumtaxat.

I.

Feudum Civitatis, seu Oppidi. Omnium Nobilissimum, de quo ex Illustrioribus Fuldensis Ecclesiæ Vasallis non paucos Investitos fuisse constat, quales sunt veteres illi Saxoniæ Duces, qui præter Civitatem Aldendorp, etiam Isenacum hoc Titulo possidebant, quemadmodum Hassiæ Landgravius adhuc hodie tenet ac possidet Oppida Aldsfelt, Nidda, Cigenhain, Spangenberg &c. Comes ab Hannau Oppidum Vid. in Elencho I. Ord.
Steina, Burgravius & Condomini in Fridberg Oppidum Staden &c.

II.

Feudum Castri est, quo quis de Castro aliquo investitur, unde se tueri simul & alere possit, horum cùm multa hodie adhuc supersint, ea cum reliquis, paucis quidem, quæ in ruinas & oblivionem ferè abierunt, hic ordine recensere juvat; sunt autem: Almenhausen, Bickenbach, Birstein, Bonemese, Braubach, Bruberg, Buchenau, Buttlar, Cygenberg, Ebersberg, Eysenbach, Erffa, Ertal, Habersheim, Hune, Isenburg, Lauterbach, Luder, Manspach, Minzenberg, Ortemberg, Poppenhausen, Retzstat, Slatheim, Slitz, Skenkevvalt, Sodenberg, Somerau, Staden, Steinau, Sturmfels, Tafta, Thann, Trubenbach, Tungen, Urtzel, Westerberg, Wintheim & Wolkershausen, in quibus, ut & in supradictis Oppidis, solebant Abbates per Investituræ suæ Litteras, sibi plerumque Jus aper- Prob. 173. 265. 378.
turæ ad quaslibet Ecclesiæ suæ necessitates expressè habere reservatum, quod Jus 384. 388.
etiamnunc debitum, si quando præter exspectationem denegabatur, iidem Abba- 404. 406. 417. 475.
tes, absque ulteriori morâ, aut coram Paribus Curiæ, aut certè propriis armis, si- 488. 489. &c.
bi revindicabant, quin & Facultatem Castra eadem adversùs violentos Hostium Im- Prob. 59.
petus muniendi, seu alias instaurandi, prout congruum aut necesse videri poterat, 157. 378. 476.
ipsi soli Vasallis suis indulgebant, sub apposita nihilominus severa inhibitione, ne quid Prob. 404. 265.
unquam exinde damni aut præjudicii in sæpedictam Fuldensem Ecclesiam quovis modo redundaret.

Hinc, quoties tales Vasalli, multiplicatis plus nimiùm inter se Hæredibus, communi saluti ac quieti ex æquo & bono prospicere intendebant, Pacta Familiæ Prob. 221. 340. 606. 623.
seu Conventiones desuper initas, sigillo proprio obfirmatas, unà cum Castro suo in manus Principis Abbatis ante omnia deponere, ac resignare necesse fuit, ut sic

ejusdem assensus simul ac ratihabitio impetrarentur : multa enim in his Pactis continebantur singularia tam circa successionis ordinem, quam & mutuam defensionem, ratione cujus prædicto Abbati insuper liberum erat infra hujusmodi Castrorum ambitum ædificia construere, in quibus tuta statione habitans, si quos sibi adversan-
Prob. 154. 341. tes aggredi tentasset, illico *auxilium Castellanorum* contra eosdem inveniret, quod
Prob. 317. 617. Hospitandi Jus olim communiori vocabulo *Hirberg nemen*, quemadmodum pacta seu Conventiones illæ, Pax Castrensis, vulgò *Burg-Fride*, & qui eandem simul condebant universi Castri Hæredes seu Condomini ; *Gan-Erben* dicebantur : illud autem passim utrimque condictum erat, ut postquam Abbas aliquod ex sæpedictis
Prob. 489. 617. Castris Præsidiario milite stipatus taliter occupasset, teneretur Vigiles, & Turrium Custodes alere, ac sumptus reliquos præstare, quin & de damnis emergentibus, ex integro cavere.

III.

Feudum Castrense Turbulentis illis Temporibus initium sumpsit, quando ad violentos Hostium, sive Prædonum undequaque irruentium insultus validiùs refrænandos, Burgi, & Castra, frequentiora facta, ac simul milite Stipendiario intùs firmata sunt : hinc Feudum Castrense dici cœpit, quo quis de certâ, eaque annuâ Pecuniæ præstatione, aut aliâ aliquâ re æquipollente investitur, ut Castrum, Fidei suæ concreditum, per se, aut certè per idoneum substitutum custodiat &
Prob. 274. 296. 297. 630. 632. tueatur, ex quibus dilucidè satis apparet quæ sit, fueritque Feudi hujus natura, cum etiam ob sola servitia exinde debita, de quibus suo loco speciatim agemus, Fœmi-
Prob. 425. nas excludat : proinde, ut in eodem promiscua successio admittatur, aut pacto speciali, aut Principis Indulgentia opus esse, nemo ambiget.

II. Patet id notanter in amicabili illâ compositione super Castro Bickenbach inter Berthoum Abbatem Fuldensem, & Reinhardum Dynastam ab Hannau Anno MCCLXXV. inita, ubi expresse conventum est, ut milites, qui prius in eodem
Prob. 558. castro locati fuerant, tam ipsi, quàm & eorum Hæredes *Masculi* & *Fœminæ*, bona, sibi *pro Feudo Castrensi* ab Abbate assignanda, liberè deinceps possiderent. Nec inutile, imò prorsus necessarium judicavit Henricus Comes ab Henneberg similem
Prob. 69. clausulam : *Fur alle unser Erben, Sune, und Meyde* ; etiam in Feudo a se oblato adhibere, dum illud Anno MCCCXXV. ab Ecclesia Fuldensi recepit titulo, *Feudi Castrensis* in arce Saleck perpetuis temporibus deserviendum.

III. Quod autem hæc Feuda Castrensia, quandoque peculiari vocabulo, *Fuldische Burg-Guter* nuncupata fuerint, nec tamen exinde naturam suam in aliquo immutaverint, id jam supra Capite II. evidenter demonstrasse credimus ex ipsa Pa-
Prob. 324. 627. rium Curiæ Fuldensis sententia, per quam Anno MCCCCLXXXVI. Dorotheæ ab Herda universæ defuncti Patris sui possessiones adjudicantur, exceptis unicis Feudis Castrensibus, quæ cùm masculos requirerent, ejus Consanguineus Andreas ab Herda, uti proximior Hæres, in eadem intromissus fuit ; idque juxta morem, ritum, ac consuetudinem Feudorum Castrensium Fuldicorum : *Nach Fuldischer Burg-Guter Gewonheit* : ut Pares ipsimet loquuntur : non obstante, quòd prædictæ Doro-
Prob. 522. 624. theæ progenitores de iisdem hisce Feudis Castrensibus, etiam *hæreditariè* fuerant investiti. Unde liquet, quàm prorsus nihil agant, qui saltem sub hac significatione, seu clausulâ, Fœminas admitti debere contendunt.

C

IV. Pro-

IV. Profectò, si Feuda Castrensia, quoties *hæreditaria*, vulgò *Erb-Burg-Lehen* nuncupantur, intentam illam promiscuam successionem includerent, ac certò certius denotarent, Eccur? eandem expressis verbis reservatam voluisset, inter alios, etiam Crato ab Olffe, Vir nobilis, dum Anno MCCCLII. tradens Ecclesiæ Fuldensi, per spontaneam Oblationem, Prædium suum in Widerfelt, illud brevi manu tam pro se, quàm pro Filiis, ac Filiabus suis, scilicet: *Sonen und Dochtern*, Prob. 415. recepit in Feudum Castrense Hæreditarium, *zu eyme Erbe Burg-Lehen*, perpetuis temporibus in Arce Bingenheim possidendum: alia igitur compositæ hujus vocis *Erb-Burg-Lehen*, censenda est significatio, quæ recte, vel ex ipsis, etiam sat recentibus, Joannis Abbatis Fuldensis Litteris Clientelaribus Anni MDV. desumi potest, per quas is Constantinum, Wernherum, Simonem & Fridericum, respective Fratres & Agnatos de Gœrtz ad Instantes eorundem preces Investivit à novo, & quidem Hæreditariè de Feudo Castrensi in Bruckenavv, quod primitùs, tanquam sibi, suæque Ecclesiæ apertum contulerat Constantino de Gœrtz, ac post hujus Obi- Prob. 470. tum, duobus ex ipso relictis Filiis: consequenter Feudum hoc, quod ab Origine sua eatenus *ein Burg-Gut* simpliciter dictum fuerat, nec a Linea recta primi acquirentis deflexerat, postquam ex nova Principis Abbatis concessione, etiam ad collaterales, eorumque Hæredes Masculos se se extendit, siquidem: *Inen*, *und Iren Erben* reconcessum fuerat, recte *Erb-Burg-Gut* audiit, quo Titulo etiam postmodum alienatum fuisse reperitur.

V. Rem, eodem planè sensu, adhuc magis elucidare videtur Philippus Comes de Solms, dum se se ab Henrico Abbate Fuldensi in Castrensem Hæreditarium Prob. 126. Arcis Bingenheim Anno MCCCXLI. acquisitum recognoscens, his verbis utitur: *VVir* PHILIPS *Grave von* SOLMS *bekennen &c. daz vvir* BURGMAN *vvorden sin uf dem Hus zu Bingenheim &c. und sulln* VVIR *und* UNSER ERBIN *darumme sin*, *und sins vorgenanten Stifts* ERBE-BURGMANN *sin &c.* ubi vides, quod, qui se initio *Burgmann* sive Militem Castrensem, simpliciter profitetur, mox conjunctus cum Hæredibus eos secum ~~sas~~ *Erb-Burgmann*, sive Castrenses Hæreditarios, nuncupet; promittatque se ac suos Feudum hoc, more aliorum Concastrensium, *als andere* HERREN, *die da* BURGMAN *sin*, deservituros.

VI. Masculi igitur censendi sunt Hæredes Feudorum hujusmodi Militarium capaces, non Fœminæ, quarum etiam aliundè nulla in iisdem ratio habebatur, ut sufficienter declarat Charta Eberhardi ab Echzell, quâ super Feudo Castrensi in supradicto Castro Bingenheim *hæreditarie* possidendo, ac deserviendo, paciscitur in hunc modum: videlicet ut, si Eberhardum Filium suum, de eodem Investitum, casu quovis cedere, aut decedere contingeret, mox ex *Filiis* alter, *qui senior* esset, succederet, & sic de *omnibus Parvis* suis, *quos* tunc habebat, aut erat imposterum habiturus, & si illi per omnia morerentur, nihilominus prædictum Feudum ad se, tanquam primum acquirentem, liberè reverteretur: præterea quis non advertit? multa in hujusce Feudi Investiturarum Litteris occurrere, quæ Fœminis minime convenire possunt: notanter pœnæ illæ in Castrenses tam frequenter comminatæ, si quando *personali Residentiâ*, prout tenebantur, Feudum suum deservire neglexissent: tum ex adverso horum regressus contra Dominum suum, in casum retardati, aut juxta condictum, non exsoluti *Stipendii*, occasione cujus pauca ea quæ sequuntur, hìc observasse non pigebit.

Prob. 289. 324. 494. 627.

Prob. 250.

Prob. 363. 368. 611.

Prob. 287. 459.

VII. Salaria ſeu ſtipendia Caſtrenſibus debita, Abbates Fuldenſes, olìm in Numis exhibere ſolebant, tam profusâ quandoque Largitate, ut tres Monetæ, quas uno eodemque Tempore, ſub initium ſcilicet ſæculi XIV. in totidem Ditionis ſuæ locis, nimirum: Fuldæ, Vache, & Hamelburgi conſtituerant, iis cudendis vix amplius ſufficerent, ac tum maximè, quando malis undique ingruentibus, plures ſimul ex potentioribus Eccleſiæ Fuldenſis Vaſallis novo ac ſtrictiori hoc Caſtrenſis
Prob. 212. Feudi Vinculo retinendi, ac conſervandi erant; horum enim cuilibet, non tres Li-
452. 558. bras, non tria Talenta, quæ priſcis illis temporibus pro Feudo Caſtrenſi juſto ſuf-
Prob. 67. 70. ficiebant, ac paſſim recipiebantur, ſed Ducentas, Trecentas, imo Quadringentas
85. 86. 119. 120. 397. & ultra hujusmodi Libras ſæpiùs perſolvere neceſſe fuit. Quoniam verò Feudum, ut proprium cenſeretur, in re immobili conſiſtere debebat, hi, quibus tales pe-
Prob. 89. cuniarum ſummæ obtigerant, tenebantur eas quantò citius poterant, in Poſſeſſio-
270. 402. nes ac Fundos intra Ditionem Fuldenſem convertere, aut de Bonis ſuis propriis, ſeu allodiis, reſignare quantùm in valore perceperant, illudque de manu Principis-Abbatis ſuſcipere ac deinceps tenere in Feudum; quod ut juſte ac provide fieret,
Prob. 212. 455. conſtitui ſolebant ex Vaſallis Viri probi quorum arbitrio, ac æſtimatione res tota ſtabat: nam manſorum ut & Numorum non idem ubique valor erat, nec quia
Comment. ad Jus Feud. pag. 103. unius manſi ſeu XXX. Agrorum Fructus annui, Teſte Schiltero, paſſim unâ Librâ æſtimabantur, hæc eadem Libra cum Marcâ, aut Talento confundenda eſt; quandoquidem obſervo ſæculis XIII. & XIV. hujusmodi Marcam unam duas cum me-
Prob. 119. 212. dia Libras conſtituiſſe, quin & Marcam Colonienſem adhuc majori in pretio fuiſſe. Talentum autem, cujus communis æſtimatio erat XX. ſolidorum, ſub idem tempus manſo uno non fuiſſe adæquatum docet nos Charta Tragebodonis de Bienbach
Corp. Trad. Fuld. N. 660. per quam is reſignans IV. Talenta annuæ præſtationis, quorum unum, *antiquum & Juſtum Feudum*, reliqua tria Feudum Caſtrenſe fuerant, aſſignant in horum recompenſationem duos manſos in villa Gunthers ſitos, multò meliores, *quam dicta III. Talenta*, eosque in Beneficium ſibi retinuit. Hinc conjicere libet, juſtum Feudum, olìm infrà manſum unum, non autem infra Talentum conſiſtere potuiſſe, quin & Vaſallo poſſeſſori Jus ſimul tribuiſſe Paragii.

IV.

FEUDUM KEMINATÆ, ſive ÆDIFICII, vulgò *Seſſ-Lehn*, quod priſcis Temporibus Feudo Caſtri fere par erat, non niſi Viris de Eccleſia Fuldenſi optimè meritis
Prob. 197. 359. tribui ſolebat: erant autem hujusmodi ædificia, ſivè ædes, quales viſebantur in locis Borſa, Salmunſter, Geysmar, Diedorf, Geyſa &c. plerumque Lapideæ, unde
Prob. 383. etiam paſſim *Stein-Keminaten* dicebantur, ad differentiam aliarum, quibus Vulgus utebatur; habebantque ſæpius adjectam ſibi Munitionem, ſive Fortalitium, *ein Ga-*
Prob. 506. 476. *dem*, quod muro circumveſtire, aut ſupra VIII. pedum altitudinem educere, absque expreſsâ deſuper obtentâ facultate, nulli licitum erat, multò minus totum ædificium in arcem convertere; Unde ad Querelam Henrici Abbatis, eo quod nonnul-
Prob. 589. li Miniſteriales ac Vaſalli *contra Jura* ac in præjudicium Eccleſiæ ſuæ Fuldenſis, *Caſtra, Munitiones, & Structuras* erigere & conſtruere non vererentur, Rex Henricus VII. Anno MCCCXI. ſingulari Præcepto ſevere inhibuit, ne quis eorum ſimilia attentaret. Cœterum memorabile fuit in hoc Feudo ædificii, quod ejus Inveſtitura
Prob. 623. per Symbolicam Traditionem, Clavium ſcilicet, fieri ſolebat.

V. FEU-

V.

Feudum Rite-Lehen dictum ; ob Bellicam Expeditionem , quam Etymologice designat , institutum videtur ; obligabatque Vasallum in præstationem Equi in- Prob. 613.
structi , quò is sub ductu Domini sui , aut certè Præfectorum , Hosticis incursioni- Prob. 568. 569.
bus , si quæ erupissent , celerius ac facilius occurrere posset.

VI.

Feudo præcedenti , aliud non absimile , Schutzen-Lehn vulgariter nuncupatum , hic subjungimus , quod ad militiam proximè accedebat , quandoquidem requirebat in Vasallo Arcum seu Ballistam & Pharetram certo ac specifico Sagittarum Prob. 575. 576.
numero instructam , quibus armatus , aut intra Oppidi muros custodiam agere , aut interdum etiam adversus Hostem foras progredi tenebatur : differebat autem hoc Feudum ulterius à priori , quod non transmitteretur ad Hæredes , sed expirabat morte Vasalli , quemadmodum & Feudum Soldatæ , si tamen Feudum dicendum est Prob. 566.
certa merces , seu stipendium Militantibus concessum tempore Belli , quo durante 571. 601.
etiam Fundis quibusdam Feudalibus incumbebat onus subministrandi Equos Curribus Prob. 569.
aliisque Impedimentis devehendis necessarios.

VII.

Feudum Ligium est , quo quis arctissimo Vinculo adstringitur erga Dominum suum , ita ut eidem cum universis quæ possidet , etiam cum personâ propriâ , auxilium necessarium impendere teneatur , idque adversus omnes , nemine excepto ; Prob. 378.
Quas Conditiones victis , aut ad Officium redactis Vasallis imponi solitas , sponte 406. 488.
aliquando admisisse reperitur Henricus ab Isenburg , dum erga Abbatem Fuldensem his verbis usus est : *VVir sulln und vvolln ouch unserm vorgenanten Gnedigen Herren*, Prob. 85.
und sim Stifft , mit guten Truvven vesticglich beholffen sin gen alle Luten , *als verre vvir das mit Eren getun mugen , mit* unsern Landen, *und* Luten, *und mit* unsern Schlotzin , *und mit* unserm selbes Liebe , *vvo er das bedarf.* Quod si quis , tali modo , duorum Dominorum simul Vasallus exstitisset : oriente Bello in- Prob. 175.
ter utrumque , tenebatur adhærere illi , cui primo in gradu Ligius erat , ac Feudum 667.
suum posteriori resignare , usque dum finito Bello illud iterum recipere ac deservire posset ; in casum autem denegatæ rursus Investituræ , Dominus , cujus partes secutus fuerat , eandem aut ab adversario armis extorquebat , aut Vasallum aliundè servabat indemnem. Prob. 572.

VIII.

Feudum de Camera , quemadmodum & Feudum de Moneta , jam antiquis temporibus Fuldæ nota , ac in usu etiam fuisse , discimus ex Chartis Egberti , tum & Berthoi Abbatum , quorum prior Anno MXLVIII. assignat de Camera *suâ , in* Corp. Trad.
Pasca , aut in Nativitate Domini , VII. Talenta pro Beneficio. Alter vero recogno- Fuld. N. 606.
scit Tragebodonem de Bienbach resignasse Anno MCCLXXVIII. in favorem Eccle- & 660.
siæ Fuldensis IV. Talenta Fuldensium Denariorum , quæ de Moneta Fuldensi , singulis annis *tam ipse , quam sui Hæredes* percipere debuerunt : Utrumque autem

hoc Feudum, velut FEUDA ANNUÆ PRÆSTATIONIS, etiam ad Posteros transmitti
Prob. 176. 240. 451. potuisse, Testimonio sunt, præter jam allegatos, Tylo de Beldersheim, Joannes à Doringberg, Schenck de Svveinsberg aliique plurimi, quibus in hunc modum
Prob. 394. certa quædam pecuniarum summa, vulgò *Man Geld*, seu *Leben-Geld* nuncupata, quotannis de Camera Principis Abbatis persolvebatur. Illud singulare est, quod cum aliquando Nobiles de Baumbach de simili Feudo fuissent Investiti, apposita est in eorum Litteris hæc clausula; ut quoties contingeret eos adversùs Ecclesiam Ful-
Prob. 175. densem Hassiæ Landgravio, cujus pariter Vasalli erant, adhærere, annuâ dicti Feudi sui præstatione carerent, donec rebus iterum compositis, Jus pristinum recuperassent.

IX.

Prob. 49. FEUDUM ADVOCATIÆ, quod pro defensione Ecclesiæ Fuldensis olim, non nisi unico Comiti de Zigenhain concessum fuerat, successu temporis in tantum usu venit, ut eidem Ecclesiæ tot ferè essent Advocati, quot majora Prædia, aut etiam
Prob. 18. 97. 130. 588. Monasteria ipsi subjecta: verum ex nimia, eaquè intolerabili authoritate quam hujusmodi Advocati sibi arrogabant, prædicta Ecclesia maximopere gravari ac etiam lædi
Prob. 307. in multis cœpit; hinc Feuda illa paulatim, aut Cæsarum Edicto abrogata, aut gra-
Prob. 145. 104. vi ære redempta sunt, sic ut hodiè vix unum aut alterum hoc Titulo ampliùs superſit.

X.

FEUDUM GASTALDIÆ, sive AMBACHTIÆ est; dum quis de Castro Ecclesiæ, sine, aut simul cum Præfecturâ investitur ad dies vitæ, vel ad certum aliquod præfi-
Prob. 218. 326. 516. 552. nitum Tempus, quo in casu tenebatur is ex injuncto sibi Officio, Portarum, ac Turrium Custodibus, ut & cœteris Vigilibus debita Stipendia erogare; Castrum ipsum in suis Munitionibus & Ædificiis servare sartum, ac illæsum, & ad quaslibet Domini sui Necessitates apertum: Quod si, durante hac sua Administratione,
Prob. 516. Concastrenses aliquos acquisivisset, eos peculiari quodam Sacramento ad hoc insuper adstringere necesse habebat, scilicet; ut, se vitâ functo, mox castrum ipsum unà cum suis attinentiis, in nullius alterius quàm Domini sui, Principis-Abbatis manus, consignarent.

XI.

FEUDUM JURISDICTIONIS. Merè gratuitum, olìm Domino moriente cessabat, hìnc rarius occurrit, & quidem non ante sæculum XIV. quô demùm etiam ad Poste-
Prob. 71. 151. 153. 155. &c. ros transmitti cœpit. Illud distinguunt Litteræ nostræ Clientelares passim in hunc modum; ut, si cum mero Imperio concessum fuerit, tunc dicatur: *uber Hals,*
Prob. 153. 483. 508. *und Heupt*: si autem cum mixto: *uber Schuld*, *und Schaden*. Quin & aliquando
Prob. 143. pro Feudo Castrensi datum fuisse reperitur.

XII.

FEUDUM JURIS-PATRONATUS. Semper fuit quoddam distinctum & separatum à Territorio, sic, ut qui hoc habuisset in Feudum, de altero minimè poterat disponere. Unde cùm aliquando similem authoritatem præter fas & æquum usurpasset

Hen-

Henricus Thuringiæ Landgravius in Fundis Feudalibus, sibi ab Ecclesia Fuldensi col- Prob. 23.
latis, vetuit id severè Innocentius IV. Pontifex per Litteras suas Anno MCCXLV.
desuper emanatas. Certè, nec qui Decimas in Feudum possident, quibus tamen Prob. 97.
Jus hoc quasi annexum videtur, illo fruuntur, nisi expressa desuper mentio fiat in
Litteris Investiturarum; patet id notanter in Nobilibus de Radenhausen, qui post-
quam jam ab Anno MCCCIX. Decimas in minori Selheim possedissent, non nisi Vid. in Elencho II. Ord.
Anno MCCCCLXXIX. Jus hoc Patronatûs ibidem obtinuerunt. Sic demùm Anno
MDLXIII. Eustachio de Slitz idem Jus in Oppido suo Slitz concessum reperitur in
Feudum masculinum, cùm tamen jam à pluribus retro sæculis ejus progenitores idem
Oppidum cum universis attinentiis, nec non Jurisdictione tenuissent eatenus ab Ec-
clesia Fuldensi in Feudum masculinum Hæreditarium.

XIII.

FEUDUM AULICUM, sive PALATII. Iis tribui solebat qui in perpetuo ac hono- Prob. 615.
rifico Principis sui Abbatis Comitatu agebant; quales erant Mareschallus, Pincerna, 616. Corp. Trad.
Dapifer, Camerarius, tum & alii ex primaria Nobilitate Viri præpotentes. Hinc Fuld. n. 596.
Feuda illa Palatii, in *majora* ac *minora* distincta fuêre; quin & postquam Hæredi-
taria esse cœperunt, ea subinfeudare licuit; sic enim, ex bonis Clientelaribus Supre-
mo Pincernatûs Ecclesiæ Fuldensis Officio annexis, quod Thuringiæ Landgravii olim
deservire solebant, horum subvasalli effecti sunt Nobiles de Schenkevvalt. Sic su-
premi Mareschalli Officium, quo quondam veteres Comites de Ziegenhain gloria-
bantur, tandem hæreditariè devenit in Illustrissimam Gentem Baronum de Slitz, di-
ctorum de Gœrtz.

Ad minora Feuda, quod attinet, hæc passim HOFREYTE, & HOF-LEHEN, Prob. 223.
quemadmodum & eorundem possessores *Hof-Diener* nuncupabantur, horum siquis 270. 272. 277.
ex speciali Principis-Abbatis concessione Feudum suum, præter institutum; Plebe- Prob. 408.
jo alicui vendidisset, ipse nihilominus venditor, ejusque Hæredes, nexu Vasalliti-
co remanebant adstricti, & ad servitia exinde debita tenebantur, ut prius; quan-
doquidem plebejæ notæ viri eorundem Feudorum minime capaces censentur, in
quorum manibus hæc Feuda etiam versari poterant, absque ullo degenerationis
periculo.

Hùc insuper spectare videntur FEUDUM VENATORIUM, vulgò *Jager-Lehn*. Prob. 571.
FEUDUM SOLII, sive *Stuhl-Lehn*, quale olim possedisse reperiuntur Nobiles de Lut-
harts, Svvartzhaupt, aliique, quorum hoc præcipuè munus erat, ut Principi Ab-
bati in Solio sedenti adstarent. Denique, & FEUDUM ASSATURÆ, aliàs *Bradt-Le-
hen*. Cujus mentionem facit Joannes à Merlavv Abbas Fuld. in Litteris suis An-
ni MCCCCXVI. his verbis: *VVir nemen ouch us unser Lehen, das man nennit ein*
BRATE-LEHIN, *und zu unser Kuchin gehorit*. Hinc conjicio illud fuisse quoddam sub-
feudum Majoris-Culinarii, quod Officium Nobili Familiæ Kuchemeisterorum no-
men Gentilitiùm quondam indidit.

XIV.

FEUDUM STAGII. Ad Feuda aulica etiam proxime accedit, siquidem Vasal-
lus de eodem investitus, tenebatur comparere in Castro, aut Oppido, ad quod
Prin-

Prob. 238. 448. Princeps-Abbas divertere solebat ac secum ibidem residere personaliter, etiam sub pœna privationis ipsius Feudi, ut constat inter alia, ex Litteris Henrici Abbatis, per
Prob. 579. quas Bertholdo Cyseth, & Filio ejus confert Anno MCCCXXXIV. Feudum, dictum STEYLERA-LEHN, *quamdiu*, inquit, *apud nos Residentiam* fecerint personalem, & non aliàs.

§. IV.

De Feudis Fuldensibus Fœmineis, sive Promiscuis.

I.

SI Feudorum Fuldensium non modò rectam Indolem, ac pristinum Institutum diligenter perpendimus, sed & veterum Vasallorum seriem simul inspicimus, Fœminarum ne minimam quidem mentionem, uti nec Vestigium in iisdem deprehendemus; Quandoquidem, sive foris ad propriam Tutelam, & frequentes illas à Regibus imperatas Expeditiones; sive domî ad Consilia & Ministeria, utrobique non Fœminis, sed Viris fortibus simul ac prudentibus Ecclesia Fuldensis semper opus
Corp. Trad. Fuld. n. 606. habuit: his autem quamvis plerumque conductitiè uteretur, ac gravi expensâ in-
607. 613. 615. super alendi essent, nihilominùs ob quorundam ex iis præclarè Facta, aut alia iti-
Prob. 546. dem insignia merita, non recusavit interdum, etiam eorundem Uxores in sortem
Vid. Cap. II. Feudorum, seu Beneficiorum adsciscere, sed ad dies vitæ dumtaxat, ut jam supra monuimus.

II. Verum, laxatâ in dies magis, ac magis, per indesinentem Principum-Abbatum Clementiam, rigidâ eatenus Feudorum suorum Fuldensium naturâ, tandem Fœminis liber ad ea patuit aditus, non quidem pleno pede, nec in universum (nam salva remanserant Feuda masculina quàm plurima, nec non in iisdem, ut & in reliquis cunctis masculorum prærogativa potior) sed plerumque Titulo
Corp. Trad. Fuld. n. 606. 617. DOTALITII, DOTIS, aut LEGITIMÆ, quo tamen sensim factum est, ut Curiæ Feudalis Facies non parum fuerit immutata, ac præter frequentiores Lites, hoc insuper detrimentum senserit, quod cum antehàc Feuda sua, utpotè ab Origine sua regulariter masculina, caducitatis Legem multoties subirent, id rarius nunc esset exspectandum: vix enim accidit, ut quæ Feuda, Fœminæ ejusque Posteris semel delata sunt, redeant iterum ad Agnatos; Hinc etiam *Kunckel-Lehn*, à Colo, quæ veteribus Latinis *Conucula*, Theotiscis verò *Kunckel* dicta erat, meritò cognominari cœperunt: ne tamen per hoc quasi totaliter á primævo suo Instituto degenerasse viderentur pro Larvâ adhibiti sunt Substituti, vulgò *Lehn Træger*, quos Fœminarum Loco, sub debitâ Fidei & obsequiorum præstatione solemni, in Feuda realiter immittere etiamnum consuetudo obtinet, quanquam hi nullum exindè percipiant Emolumentum, sed totalis perceptio Fructûum Feudi ad solam Fœminam spectet, cujus ipsi sunt provasalli, seu substituti, nisi fortasse in casum simultaneæ investituræ.

III. Quam

III. Quam multas autem, quam sinistras, ac prorsus erroneas Interpretationes! Feuda Fuldensia ex hac sua relaxatione posteris Temporibus passa fuerint, quis satis explanare valeat? præsertim quando Authores, aliàs certè gravissimi, ea passim cum Feudis Ecclesiasticis, vulgò **Krumstäbische Lehen** non modo confusa voluêre, sed & regulariter fuisse, esseque Fœminea, sibi, & reliquis persuadere conati sunt; quasi verò in iis neuter sexus alterum excluderet, sed ubique Fœminæ cum masculis tam in Linea rectâ quam obliqua concurrerent indistinctè. Id quod de Feudis Rusticis, qualia plerique subditorum per universam Ditionem Fuldensem Jure Emphyteutico, seu Colonario, *als Erb-Recht und Gevvonheit ist*, possident intelligendum fore, ultrò concedimus: sed de iis hic non agitur.

Bechman. in us. Feud. exercit. 9. Vulrej. d. c. 9. 10. Meichsner. decis. tom. 4. &c.

Proinde tolerabilior in nostra Hypothesi aliquando visus est Paul. Wehnerus, dum Masculos, saltem in Lineâ rectâ Fœminas excludere agnovit: quanquam ejus in hoc sententia, rectius ac maturius expendi poterat juxta quod ipsemet testatur Annis MCCCXCII. & MCCCCIII. fuisse decisum, à quo adhuc Longius aberrarunt ii, qui, masculis quomodo deficientibus, Feudum Fuldense ad Fœminas devolvi contenderunt, quin & eas in eodem succedere, etiamsi in Litteris Investituræ, masculorum dumtaxat mentio fiat.

Pract. Observ. verb. Fuldisch-Lehn. Jo. Ferrar. in us. Feud. c. 2. Knich. de pact. Fichart. vol. 1. cons. 17. vol. 2. cons. 15.

Nec minus Monstruosa sunt, quæ omnium novissimè Henricus Coccejus desuper in medium protulit; is enim dùm Anno MDCLXXXV. peculiari quadam dissertatione Jus nostrum Feudale, sibi ignotum, nihilominùs ad mentem veri ejus Interpretis, scilicet Principis-Abbatis Fuldensis, superinterpretari aggressus esset, hæreretque potissimùm in illis Feudorum Fuldensium speciebus, quæ vulgari nomine: *Fuldische Man-Lehen*, & *Burg-Lehen*, nuncupantur, & præ reliquis semper excipi solent, alienas, ac peregrinas significationes eisdem affingere non est veritus: si enim (inquit) etiam in hisce Feudis Fuldensibus, ex supposito generali, Fœminæ à primo adquirente ortæ concurrunt cum masculis, nulla ratione erunt Feuda masculina; si è contra Fœminas excludunt, idem fit de Jure communi; quorsum igitur adjectio illa *Fuldisch?* quam proindè judicabat ineptè adpositam, consequenter verba illa: *Zum Fuldischen Man-Lehen*, aliud nihil importare præter simplicem quandam normam, quâ ostenderetur, masculis quidem hoc Feudum dari, sed lege Fuldicâ; (rectius dixisset, Lege Cocceja) sicque Fœminarum etiam aliquam esse successionem; & masculinum dici, non quod sola, sed quod præcipua sit masculorum successio. Eadem prorsus, falso suo itidem innixus Principio, statuit, seu potius adstruit de Feudis Castrensibus: nisi quod in iis ampliùs desudasse videtur, ut ex compositâ illâ voce *Fuldisch Erb-Burg-Lehn.* Tres qualitates singulares eliceret; nimirum Feudi *Fuldensis*, *Hæreditarii*, &

Exercit. vol. I. Disput. 58.

Burgensis, seu Castrensis; quarum prior successionem ita temperet; ut Fœminæ post masculos admittantur; altera Titulum successionis constituat, ut tanquam Hæredes succedant; tertia denique servitia ad certum Burgum; seu Castrum restringat. Belle profectò! & (si Dis placet) etiam apposite!

Verùm prætérquàm quod ejusmodi futilia Argumenta, tam ex supra allegatis, quam etiam in sequentibus allegandis facilè sit diluere; nec in præjudicium quoquomodo verti possint, ea nunquam obstitère, quominus Curia Feudalis Fuldensis in veteri suâ, ac usitatâ Methodo, seu praxi hucusque feliciter continuaverit; ac Jus omne suum, non solùm in propriâ Ditione, sed & in exteris Regionibus, ubicumque demùm Feuda, & Vasallos numerat, servaverit illibatum. Hinc quoties in decidendis Litibus, indè natis, elucidatione, aut interpretatione aliquâ Opus est, etiam summa, tum Principum, tum & Imperatorum Dicasteria, non ad Classicos illos, aut Forenses Authores, sed directè, & immediatè ad unicum Abbatem Fuldensem, utpotè hujus suæ Feudalis Curiæ caput, recurrere solent, à quo itidem Responsa præstolantur.

Prob. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633.

IV. Cæterum in constituendis Feudis illis Fœmineis, Abbates Fuldenses pleno quidem Jure suo utuntur, licet non eâdem ubique Indulgentiâ, quæ pro voluntate, & arbitrio limites suos habet, ut testantur diversæ eorum Literæ Clientelares, ad quarum tenorem proindè sæpiùs ac diligenter recurrendum est, ne perniciosa quædam Oblivio, Emolumenta exinde fortasse aliquando renascitura, tollat.

Prob. 190. 211. 212. &c.

Aliter in Vasallo obtinet, qui ad constituendum simile Feudum, indiget consensu Domini sui, & Agnatorum, ut supra jam monuimus: verum cùm ex his plurimi, id velut grave onus, ac Feudo masculino etiam minùs decens, subire detrectarent, convenit sæpissimè inter eos ex Pacto, ac providentia, ut Fœminis tam pro Dotalitio, quam pro Dote, aut Legitimâ, nullatenus debeatur pars Fundi Clientelaris, sed pretium illius, ex justo & æquo determinatum, cujus exsolutio, si præter condictum differri, aut certè denegari contingeret, tunc demùm, imploratâ Domini Justitiâ, eas in Feudum, quantumvis naturâ suâ Masculinum realiter forè immittendas, usque dum iis factum sit satis. Unde frequenter accidit, ut, quæ Dotis titulo concessa fuerat Feudi Investitura, illico reperiatur abrupta, nec ad primum Hæredem se se aliquando extendisse: è contra verò, ubi nullum familiæ pactum intervenit, Feudum taliter constitutum in unâ eademque serie, interdum per plura sæcula continuasse, idque per masculos, donec tandem & his deficientibus, ad Fœminas ex primâ acquirente pariter ortas, devolutum, naturam priorem reinduit, ac in aliam Familiam transeundo, novam ibidem Vasallorum progeniem formavit, prout in duplici Elencho, huic Operi annexo, videri poterit.

Cap. II. Prob. 221. 606. Prob. 624.

V. Illud

V. Illud insuper observandum restat. Nec inæquale Conjugium, nec Vota Monastica, Jure Fuldico, Fœminas quoad acquisitionem Feudi promiscui Successoriam excludere; prius; decisum fuit in solemni Parium Curiâ Anno MCCCXCIII. in favorem Elisabethæ de Tasta. Alterum; mirum est fuisse adhuc Anno MDVII. revocatum in dubium occasione Elisabethæ Abbatissæ in Himelavv: Quandoquidem Reinhardus Abbas Fuldensis sat recenter in simili casu, Irmilæ de Romrode Abbatissæ in Blanckenavv Feudum suum contulerat libere possidendum: hæc tamen Lex utrobique per expressam Clausulam reperitur adhibita; scilicet: ut post earum respectivè Obitum, Feudum non Monasterio, sed reliquis Agnatis accresceret.

Prob. 239. Prob. 391. Prob. 434.

D 2 CAPUT

CAPUT QUARTUM.

DE FEUDORUM FULDENSIUM CADUCITATE, TUM ET QUIBUS MODIS EA AMITTANTUR.

PRiſcis illis Temporibus, quando Feuda, ſeu Beneficia necdum licebat transmittere ad Hæredes, ſed mox ab Obitu Vaſalli, ſeu primi acquirentis reincidebant in Jus ac poteſtatem Eccleſiæ, à qua exordium ſuum ſumpſerant, ſolebant Abbates Fuldenſes Feuda ſua in hunc modum aperta, Colonis, Liddis, aut etiam Mancipiis ſuis excolenda tradere, donec de iis iterum diſpoſuiſſent pro libitu, ac beneplacito, qualiter

Buchon. Il-luſt. cap. V. num. 19. 26. 126. &c. inter alios Hatto I. feciſſe reperitur, dum Anno DCCCLII. plura ejusmodi *Beneficia*, in diverſis Locis per Buchoniam ſuam ſita, Pauperum, ac Peregrinorum ſuſceptioni impoſterum inſervire voluit. Verùm hoc tam laudadile propoſitum, quod etiam imitati ſunt ex ſucceſſoribus ejus nonnulli, qui ſæpius res univerſas, de

Prob. 3. 583. *Beneficio* ſibi *vacante*, in ſimiles pios uſus convertebant, non obſtitit quin eadem hæc Feuda ſeu Beneficia, licet jam penitus immutata, nihilominus adhuc avide appeterentur; Inhibebant quidem id hinc Decreta Pontificum, illinc Edicta Cæſarum, ſed ea multoties præterire, ac ſimul infringere docuit urgens Neceſſitas, quâ

Prob. 23. etiam aliquando compellente, Henricus Thuringiæ Landgravius circa Annum MCCXLV. *Omnia Feuda*, ex tunc ipſi Monaſterio Fuldenſi *vacatura*, & *Feudali Jure competentia*, ſibi eventualiter conferri obtinuit.

Hinc certè conſtat, quemadmodum & ex ſequentibus facilè erit demonſtrare, Feuda Fuldenſia, ut à primâ ſuâ Origine, ſic & hactenus continuò remanſiſſe Caducitatis Legibus obnoxia: quanquam ad hoc ſufficere videri poſſet, vel unicam illam allegaſſe Clauſulam, in ſingulis Oppignorationum, Emphiteuſeos, aliisque his ſimilibus contractibus paſſim adhiberi ſolitam, quâ & inter cœteros uſus eſt

Prob. 326. Reinhardus Abbas dum Anno MCCCCLIV. Philippo ab Herda medietatem Oppidi ac Caſtri ſui Lengsfelt cum attinentiis univerſis ad dies vitæ commendans, Collationem omnium Feudorum, tam Eccleſiaſticorum, quàm & reliquorum Maſculinorum, quæ tempore intermedio, ſibi, ſuæque Eccleſiæ Fuldenſi fierent aperta, ſpecificè excepit, ac expreſſè reſervatam voluit his verbis: *So nemen vvir uz unſern* KIRCHSATZ, *und* GEISTLICHEN LEHEN, *unſer* MAN-LEHN, BURG-LEHEN, *&c. und*, AB UNS DER UFERSTORBE, *und* LOS VVURDE, *die ſolden*, *und vvulden vvir ſelbs verlihen.* Verum ut res pateat in effectu, ac Exemplis etiam confirmetur, Notabiliora ex iis quæ Codex noſter Probationum deſuper abundè ſuppeditat, hic reproducere viſum eſt.

Prob. 8. 9. Primum occurrit ad Annum MCCCI. quando Henricus Abbas *Univerſa Bona* quæ per obitum Henrici, ultimi Marchionis de Burgavv jamdudum Eccleſiæ

ſuæ

suæ Fuldensi vacaverant, ac hoc titulo etiam in possessionem reducta fuerant, contulit rursus Alberti I. Regis Rom. Filiis, scilicet Austriæ Ducibus, Jure Feudali eodem, quo defunctus ea habuerat, imposterum tenenda.

Alterum huic ferè similè Exemplum indicant Litteræ Ludovici IV. Imperatoris, Prob. 10.
quibus recognoscit Filios suos, Bavariæ Duces, ab Henrico Abbate Fuldensi fuisse Investitos de Feudis, quæ quondam fuerant Dynastæ in Rinegg. *Die im* LEDIG VVORDEN SINT, *von dem von Rinegg sæligen.* Idque Anno MCCCXL. quo Castrum Habersheim, unà cum fundis suis feudalibus, Ecclesiæ Fuldensi aliundè, Prob. 189.
quasi in compensam, vacare contigit per Obitum Ulrici de Bickenbach. 190.

Tertium, & quidem in se multiplex Schema nobis hac in re exhibere potest Serenissima Domus Hassiaca, cui, in maximum Potentiæ suæ Incrementum, Liberales, & quidem fructuosissimæ Exspectativæ, non solum in universis Feudis Fuldensibus veterum Comitum de Ziegenhain, & Nidda, sed & Catimelibocensium, Prob. 29.
nec non & Hannoviæ Comitis, hodiedùm superstitis, prævie concessæ fuerunt. 30. 42.

Quartum denique ut & Quintum comprobat aperturæ casus evidens, tam in Feudis Comitum ab Isenburg-Grensavv, quàm & illis Lineæ Minzenbergensis Vid. in Elen-
quondam Hannoviæ Comitum, quem nihilominus utrimque, pro suâ assuetâ Be- chon. I. ord.
nignitate, ac Clementiâ, integrè condonarunt Abbates Fuldenses, nec quidquam exinde, prout Justè poterant, in Ecclesiæ suæ Commodum, ac utilitatem deriva- Prob. 142.
runt.

Plura istiusmodi Exempla, qualia nobis passim ab oculos ponunt Nobiles de Prob. 200.
Blavelt, Bommerschom, Borsa, Bruberg, Buchenau, Buttlar, Heringen, Horn- 205. 206.
sperg, Iringshausen, Karlspach, Kranch, Landeck, Lutinbach, Marckart, Ost- 212. 219. 231. 327.
heim, Reckerode, Slitz, Tann, Tungen, &c. (qui omnes de Feudis masculinis, 334. 351. 353. 361.
Ecclesiæ Fuldensi identidem vacantibus, investiti reperiuntur) fusiùs in rem nostram 365. 381.
hìc adducere supervacaneum existimavimus. Superest itaque, ut de modis, qui 387. 418. 427. 468.
bus Feuda Fuldensia, etiam aliàs amittuntur, aliquid dicamus, seu potius demon 470. 492.
stremus in effectu. Tales autem sunt. 503. 541.

I.

Conspiratio in Necem Domini; prout eam Anno MCLXXI. ausi sunt Gyso Prob. 247. &
de Steinavv, ejusque Complices, dum Innocentissimo Præsuli Berthoo parricidales 477.
manus intulerunt: hinc Bonis suis, ac prædiis Feudalibus universis exuti, per Lon- Bucchon.
gum Tempus exulare coacti sunt, donec tandem eorundem seros Nepotes Ecclesia Illust. c. V. n. 30. & 45.
Fuldensis benignè in Gratiam recepit.

II.

Publica Proscriptio; qualis à Cæsare adversus Joannem-Albertum Comitem de Solms, perduellionis Reum, aliquando emanavit; cujus Castrum Braunfels, unà cum suis Attinentiis, velut avitum Ecclesiæ Fuldensis Feudum, ac pro tunc apertum, contulit Anno MDCXXX. Joannes-Bernardus Abbas Joanni de Tserlaes Prob. 128.
Comiti de Tylli, eodem Jure deinceps tenendum, ac possidendum.

III.

Alienatio Fundi Feudalis, inscio, aut etiam invito Domino facta; eam Godefridus ab Eppenstein luit quondam amissione Feudi sui in Massenheim; id quòd nihilominus Joannes Fuldensis Abbas, instanti prece devictus, postmodùm Wilhel-
Prob. 37. mo Juniori Hassiæ Landgravio confirmavit, ac reconcessit in Feudum novum.

IV.

Vasallus intra præscriptum Tempus, Investituræ renovationem negligens, aut per contemptum sive aliàs, citatus non comparens, ac Domino suo Justitiam quovis modo denegans, Feudo privatur; quemadmodum id etiam cùm irreparabili
Prob. 553. damno suo experti sunt Fridericus de Tonna Anno MCCCCLIII. & inter recentio-
521. res Antonius de Walprum. Anno MDCXXVIII.

V.

Feuda Fuldensia amittuntur etiam silentio; ceduntque hoc in casu interdùm
Prob. 325. denunciantibus, aut ea retegentibus, idque ex gratuitâ repromissione Domini, quo-
350. 554. modo opportunè satis, inter alios, Godefridus ab Hozfelt Anno MCCCCL. Bona
Prob. 336. & Decimas, quæ prius fuerant Friderici de Bicken, obtinuisse reperitur.

VI.

Solebat insuper Pœna hæc privationis Feudi, quandoque imponi ex condicto,
Prob. 363. prout id usitatum erat inter Castrenses, casu quo in Arce sibi concredita non
668.
Prob. 266. fecissent Residentiam personalem, idem passim obtinebat in reliquis
307. 476. contraventionibus ex parte Vasalli, præter condictum.

CLIEN-

CLIENTELÆ FULDENSIS BENEFICIARIÆ. PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

DE VASALLORUM FULDENSIUM CONDITIONE OLIM VARIA.

VAsallorum Fuldensium antiquior nulla recurrit expressa mentio, quàm in veteri illa Traditione Hrahonis, facta ad Annum DCCXCVI. ubi jàm ex illis plurimi Testes adhibentur, ac simul, Jussu Bangulfi Abbatis, Vestituram rei donatæ recipiunt, id quod sæpius deinde usu venit; licet priori nomine immutato, passim FIDELES dici cœperint. Sic Anno MLVII. Duidecha matrona nobilis, *coram* EGBERTO *Abbate, ejusque Fidelibus*, proprietates suas obtulisse reperitur; Sic Gerardi Comitis Donationi subscribunt Albrich, Duodo, Fridurich, *& cœteri Fideles*. Sic denique Henricus Abbas Anno MCXXVI. in Foreste sua Bramvirst Villicationem quandam *per manus suorum Fidelium* instituisse dicitur, quâ postremâ appellatione frequentius haud dubie usi sunt veteres, ut simul cum accepti Beneficii memoriâ, natam exinde omnium in Vasallo maxime requisitam obligationem, eidem altius inculcarent, Fidelitatem nimirum; quæ semel jurata, non modo non violari debet, sed nequidem remitti potest, stante Feudo.

Corp. Trad. Fuld. Num. 118 & 119.

Ibid. n. 609.

Ibid. n. 615. Buchon. Illust. c. IV.

II. Hinc

II. Hinc Abbates Fuldenses, quotiescumque nonnulli ex Vasallis suis arctiori Vinculo erant adstringendi, nil circa pristinam, ac semel Juratam Fidelitatem ab iis exigere solebant amplius, sed dumtaxat certum ac determinatum aliquod ulterioris fortasse obsequii, aut subjectionis genus, quod, novo sacramento interposito volebant sibi deinceps esse firmum; quo modo generaliter cum Militibus Castrensibus fieri consueverat ratione Personalis Residentiæ in Arcibus sibi concreditis; specificè verò cum Nobilibus de Buchenavv, Thann, Hune, Ertal, aliisque pluribus ejusmodi Vasallis Fuldensibus, quibus insuper ex condicto injunctum erat, ut eorum omnes, ac singuli, postquam Pubertatis annos attigissent, absque ulteriori morâ, ritu solemni, & quidem Corporaliter in Verba Majorum suorum jurarent. Id, cum aliquando ad Annum MDI. Philippus, Melchior, Joannes, & Ludovicus de Thann, datis etiam in hunc finem Litteris reversalibus, prout moris erat, facere recusassent, eo quod de Feudo suo Paterno jam investiti, actum agere sibi viderentur, per Pares Curiæ Fuldensis illicò ad Officium suum revocati sunt, qui & ipsis in hæc verba significarunt: *Das mit gethaner Lehen-Phlicht, der angezogener irer Elter Verschreibung nit gnuge geschehen vvere; dan dieselbe Verschreibung gebe zu erkennen* ANDERE GLUBDE, *und* EYDE *die dieselben von der* TANN, *so sie* ZU JAREN KOMEN, *tun, und des Verschreibung uber sich geben solln.* Etenim jam tùm ante Annos centum & ultrà, stipulata fuerat Castri Tann apertura perpetua, quemadmodum & Auxilium inde adversus quoscumque Fuldensis Ecclesiæ Hostes firmiter promissum, quale Reineggii, Isenburgii, Hennebergii, aliiquè potentiores illorum Temporum Comites, ac Dynastæ, LIGIA hac CLIENTELA erga prædictam Ecclesiam pari modo devincti, præstare non intermittebant.

Prob. 221. 247. 264. 338. 347. 489.

Prob. 490. 491.

Prob. 489.

Prob. 67. 85. 406.

III. His proximè accensendi sunt MINISTERIALES, vulgò *Dinstmann*, qui Vasalli nobiles cum essent, in hoc tamen differebant à reliquis, quod Libertate suâ voluntariè exuti, ad instar propriorum Hominum, neque de rebus, aut Bonis suis, etiam proprietatis Titulo possessis, ac nequidem de se ipsis ullatenus disponere poterant absque prævio assensu Domini sui, cujus proinde arbitrio iis in totum standum erat. Patet id ex Charta amicabilis compositionis inter Marquardum Abbatem Fuldensem, & Dynastas de Winsperg Anno MCCLXXXVII. initæ, per quam consentit Abbas, ut Ecclesiæ suæ *propriæ Ministeriales Fœminæ, apud* horum *Ministeriales*, seu *Nobiles Homines proprios*, matrimonium Legitimum contrahere valeant; quin etiam ut *omnia Bona*, quæ tunc possidebant, vel deinceps Jure Hæreditario possiderent, sive illa essent *propria*, sive *Feodalia*, æqualibus portionibus *cum pueris ab eisdem procreandis*, à quibuscumque Feuda hujusmodi obvenirent, *communia esse debeant*, & *æqualiter dividenda*, quemadmodum jam Anno MCCXLI. in simili casu statuerat Guntherus de Keverenberg.

Prob. 537.

Prob. 556.

Prob. 463.

Verum, ad hanc supradictam Divisionem, tam ratione Puerorum, quam & Bonorum, præsertim Feudalium, ex æquo ineundam, attendi merentur Leges, ac conditiones, in quas Anno MCCXXXI. Hermannus Episcopus Herbipolensis, & Conradus Fuldensis Abbas desuper mutuò convenerunt, videlicet. „Si Ministerialis unius Ecclesiæ duxerit uxorem de Familia alterius Ecclesiæ, prima proles sequetur matrem: si plures fuerint numero pari, putas si duæ, prima sequetur matrem, altera cedet alteri Ecclesiæ ipso Jure &c. Sin autem impares fuerint, putas

Prob. 555.

„tas si tres, duæ sequentur Matrem &c. Feodum autem Paternum non obstante „quod Pueri, Patris non sequuntur conditionem, Filiis ex talibus Matribus pro„genitis, per Episcopum, & Abbatem, libere & liberaliter conferetur.

Quod autem, ut supra retulimus, hujusmodi Ministeriales Vasalli, Bonorum suorum etiam propriorum non habuerint liberam dispositionem; id confirmant præter jam dicta, Gerlachus & Reginhilt, pii conjuges, qui, utpotè Ministeriales Fuldensis Ecclesiæ, non nisi *de permissione Abbatis* universos reditus suos tam *Beneficiorum*, quàm & *propriæ Hereditatis* ad dotationem simul & constructionem Cœnobii Sanctimonialium in Tulba Anno MCXXVII. contulisse reperiuntur. Similiter Fridericus de Buzileibin ejusdem Ecclesiæ Ministerialis, non solùm Licentiâ Conradi Abbatis opus habuit, ut duas Hubas, quarum unam *in Feodo*, alteram *proprietatis Titulo* possidebat, Cœnobio S. Petri Erfordiæ (in quod Anno MCCXXVI. secesserat) conferret, sed & insuper, idem Fuldensis Abbas, quia prædictus Ministerialis, *senio fessus*, ac *Hæredibus destitutus* erat, consequenter Bona hæc fuerant in proximo vacatura, annuum ac perpetuum X. solidorum Censum sibi exinde reservatum voluit. Ex quibus omnibus, ac singulis, in penitiorem veterum illorum Ministerialium notitiam inducimur, quam hactenus habere licuit; nam Erudito Commentatori, qui Eos novissimè etiam à Vasallitico nexu eximere frustra conatus est, multa adhuc in hanc rem defuisse videntur subsidia.

Prob. 232.

Adam. Frider. Glafey de vera Ministerial. Indole.

IV. Cæterum, Clericos Feudorum Fuldensium jam ab antiquo fuisse capaces, testantur ubique ferè eæ, quas nuper publici Juris fecimus, Traditionum, ac Commutationum Tabulæ, ubi, & inter alios, Richulfus Archiepiscopus Moguntinus Anno DCCCXII. prædia quædam in Weteravia à se abdicasse reperitur, quæ catenus *per Beneficium* Ratgarii Abbatis Fuldensis possederat.

Corp. Trad. Fuld. n. 238.


CAPUT SECUNDUM.

DE VETERI, AC SIMUL HODIERNA, VASALLOS FULDENSES INVESTIENDI METHODO; TUM ET DE PLURIBUS CIRCA EANDEM REQUISITIS, AC OBSERVARI SOLITIS.

Prob. 47. ABbates Fuldenses in conferendis Ecclesiæ suæ Feudis olim non adeo fuisse faciles, Testimonio esse poterit, inter cœteros, Wolffgangus Comes de Castel, qui scripto, ac viva voce non semel pro obtinenda Investitura supplicasse dicitur: *Vilfaltig, schrifftlich, und mundlich, emsiglichen hat angesucht und gebetten.* Quin & hujusmodi preces supplices (quæ semper ex debito præmitti solent) etiam quan-
Prob. 36. doque cum instantiâ maxima, scilicet: *Zum ersten, andern, und dritten, vlissig, vlissiger, und allervlissigest.* Iteratas, nihilominus posse repulsam pati, expertus est Anno MCCCCXCVIII. Wilhelmus Hassiæ Landgravius: Verum his diutius non immoramur, sed ad utrumque Actum tam Domini, Feudum conferentis, quam Vasalli illud acceptantis, in quo totum Investiendi Negotium consistit; ordine procedimus.

I. Feudi vestitura, seu Investitura propriè dicta, aliud nihil est quam solemnis concessio Dominii utilis ob Fidelitatem, ac Obsequiorum exhibitionem,
Prob. 92. solebatque expressis verbis fieri coram Paribus Curiæ: hos autem (cum ad-
Vid. c. seq. §. III. Corp. Trad. Fuld. 602. 613. huc in Atrio, seu Peristylio Majoris Ecclesiæ Fuldensis, Judicia sua, & Conventiones celebrarent) Vasallum Investiendum, rectâ viâ, *ante Altare sancti Martyris Bonifacii*, sive *ad Sacras* ejusdem *Reliquias* deduxisse, verisimile est, ut ibidem, *more Clientum* se se *in manus Abbatis* commendans, Homagium consuetum præstaret, ac Sacramentum diceret, quod erat: *mit obgerachten Finger zu den Heiligen swærn.* Ut passim habent Litteræ reversales. Unde facilè mihi persuadeo, Actui huic perquàm solemni olim etiam inservivisse vetus illud orbiculare Saxum, pavimento ejusdem Ecclesiæ etiamnùm insertum, cujus Ectypon æri incisum hìc subjicimus.

Ubi



Ubi porrectæ in IIII. Plagas, manus totidem ex ære fusæ, ac Jurantis in modum efformatæ, Vasallum in medio stantem, Muneris sui, jamjam suscipiendi, tacitè quidem, sed validè poterant admonere, quin & Facti memoriam Menti ejus altiùs inculcare, quàm ut unquam inde excideret, ubicumque Locorum eum etiam posthâc versari contigisset. Hujus autem Ritûs, nunc penitus intermissi, antiquitatem, vel ex illo Monachorum Fuldensium Libello satis colligimus, quando circa Annum DCCCXII. adversus Ratgarii Abbatis sui durum Regimen Carolo Imperatori conquerentes, supplicarunt, inter alia: ut *Privata Negotia, & SÆCULARIA BENEFICIA, in ipso MONASTERII Loco, non fierent.* Verum, vix aliquid circa hoc immutatum fuisse, ostendemus fusiùs in sequentibus. Browver. antiq. Fuld. pag. 214. Vid. Cap. III.

II. Hodie Investitura, cui tacitè inest facultas illa Feudum apprehendendi, solet ibidem solemniter peragi; tunc maximè, quoties ex primo Ordine Vasalli Principes, in ipsius Principis-Abbatis, Solio magnificè insidentis, manibus, debitum, pro more, Homagium præstant: nam Comitibus, quemadmodum & Equestris Ordinis Vasallis reliquis, coram Regimine Aulico in pleno Consessu ad hoc ipsum comparendum est; ubi postquàm *erectis digitis*, juxtà formulam communiter receptam, Fidelitatis & Obsequii Juramentum *corporaliter* præstiterunt, eosdem suos digitos in summitatem Virgæ, sive Sceptri, vulgò Lehn-Scepter, quod Aulici Consilii Præses, aut Vice-Præses manu gestat, leviter reclinant, ac tunc demum Investituræ suæ Litteras, datis reversalibus, ac Jure Reluvii, non armis, & Equis, (quemadmodum antiquitùs) sed in ære exsoluto, obtinere solent.

III. Has inter Consuetudines, etiamnùm receptas, illa omnium strictissimè attendebatur, quæ requirit, ut Vasallus Fuldensis, cujuscumque etiam Conditionis, sive Dignitatis existat, nemine excepto, præsens sit, & præsentialiter ac corporaliter suscipiat Feudi sui Investituram: scilicet *Liplich, und mit Handgebenden Truwen;* sive *mit Hand, und mit Monde, als der Lehen Recht ist.* Sic iam Anno MCCCIV. Philippus de Minzenberg uterque, Senior ac Junior, Feuda sua Prob. 265. 417. Prob. 422. Prob. 399.

suscepisse reperiuntur. Sic Evervvinus Comes de Bentheim Anno MCCCCLXXX,
Prob. 45. *erectis digitis*, corporaliter juravit *Utilitatem*, *Commodum* & *Honorem* Ecclesiæ Fuldensis *fideliter promovere*, quin & *adversa dampna advisare*, & alias *debita servitia*, prout Vasallum decet erga Dominum suum Feudi, *favorabiliter exhibere*. Sic Ber-
Prob. 67. tholdus Comes ab Henneberg *Juramento corporaliter præstito* acquisitus est Anno MCCCIII. in Militem Castrensem in Rokenstul. Sic Rudolfus Saxoniæ Dux *præ-*
Prob. 13. *stito primitus Fidelitatis Homagio* de Feudis suis Anno MCCCLVI. ab Henrico Fuldensi Abbatæ *personaliter* investitus est. Sic denique & ex recentioribus, Wilhel-
Prob. 33. 37. 47. mus Hassiæ Landgravius Annis MCCCCXC. & MDI. Wolfgangus Comes de Castel Anno MDXXXI. Reinhardus Comes ab Hannau, aliique Principes ac Comites plurimi, quos hìc sigillatim omnes recensere Longum foret, Feuda sua personaliter ab Ecclesia Fuldensi suscepisse memorantur.

IV. Hinc etiam, quoties, ob Legitimam Excusationem, Feudum, ex singulari Gratiâ, absenti concessum reperitur, constat simul eum spem fecisse fore ut præsens aliquando Clientelam suam sit renovaturus: id quod testantur, inter
Prob. 8. 9. alia, Litteræ ipsius etiam Alberti I. Romanorum Regis, ubi, eò quod Filiis ejus Austriæ Archiducibus, & quidem absentibus, Henricus Abbas Feudum Ecclesiæ suæ Fuldensi ex obitû ultimi Marchionis de Burgavv adapertum gratiose contulisset, idem supradictus Rex fidem suam desuper solemniter interponens, his verbis usus est: *promisimus*, inquit, *eidem Abbati, ut quando idem Abbas, & Filii nostri,* SIMUL CONSTITUTI *fuerint, ipsi prædicto Abbati* HOMAGIUM FIDELITATIS *facient sub formâ debitâ & consuetâ*. Quapropter, Otto Comes de Orlamunde in simili casu
Prob. 109. constitutus, ritè prorogationem à Domino Feudi petiit: *Bis also lang daz* VVIR
Prob. 62. 112. 113. SELBIR *zu yme komen*. Idem, cum aliis pluribus, observarunt Fridericus, & Ludovicus Comites ab Oetingen, qui de consuetudine hac sufficienter edocti, in missivâ suâ ad Abbatem Fuldensem directâ, ità sese exprimunt: *vvan vvir vvol gehort haben, daz Ir vvren Lehen niemant hain schicken sullet*. Etenim generaliter in hoc puncto Absentium nulla habetur ratio, etiamsi sint Impuberes, nisi & ipsi Spem de se faciant eandem quam reliqui, ac interim pro se Vasallum constituant donec pubertatis annos attigissent: id quod non uno Exemplo in Comitibus ab Henne-
Prob. 75. 280. berg, in Dynastis ab Eppenstein, aliisque, demonstrari potest, notanter verò in Hassiæ Landgraviis, ut quando ad Annum MCCCCLXXXIII. pro Wilhelmo im-
Prob. 32. 38. pubere Legati ex omni Ordine quatuor, Fidem suam personaliter obstrinxerunt, his verbis: *Des gereden vvir semtlich und insonderheit, by den Pflichten die sich von Lehen vvegen geburn, uns an statt des gemelten unsers gnedigen Herren von* HESSEN, *in der Zyt, und ehe derselbe unser gnediger Herre zu seinen selbst Regierenden, und mundigen Jaren komen,* UND SOLICHS LEHEN SELBST EMPHAHEN VVIRD, *gein unsern Gnedigen Herren von* FULDA *und seinem* STIFT, *nit anders zu halten, dann ob solich Lehen empfangen vveren, und vvie sich derselben Lehen halben gebürt.*
Prob. 330. 619. Quæ promissa supradictus Hassiæ Landgravius Wilhelmus, pubes factus, sedulo adimplevit, quemadmodum & in pari casu, ejus postea Hæres, ac successor Philippus.

Nec ab hac eadem Lege eximuntur Civitates Imperii, ut nec reliqua Oppida, pari nexu Vasallitico erga Ecclesiam Fuldensem adstricta, quæ per proprios suos able-

ablegatos Feudi renovationem impetrare tenentur: nisi aliter fuerit originariè conProb. 151. dictum, aut ex mero Principum-Abbatum beneplacito deinceps gratiosè ordina- 616. tum; quomodo etiam singulari eorum Indulgentiæ tribuendum est, nec ullatenus præjudicio vertendum; quod hodie Principes, ut & Comites Imperii, Feuda sua Fuldensia per Legatos passim suscipere soleant, videlicet: posteaquam ipsimet per Litteras requisitoriales ad eum finem prædirectas, eadem Feuda sibi reconcedi instanter rogaverunt, ac insuper ex parte Regiminis Fuldensis de die adhunc actum benignè determinato, edocti sunt.

V. Tempus autem, ab antiquo ordinatum, intra quod hujusmodi Investitura impetranda est, limitatur, Jure Fuldico, ad Annum & Diem; computando utrobiquè ab Obitu tam Domini, quam & Vasalli, toties, quoties; quem terminum negligere, aut ausu temerario transgredi, vetitum est sub pœnâ amissionis ip- Prob. 521. sius Feudi. Quod si tamen Legitimum Impedimentum fortuitò, vel aliàs interve 553. nisset, de eo docendum est, in tempore, & postulanda prorogatio, aut certè im- Prob. 525. ploratâ Domini Clementiâ, Culpa quantocyus deprecanda est, quæ & sic veniam 272. interdum consequitur; præsertim si Vasallus extra Provinciam fuisset, aut præ mor- Prob. 234. bo, aliisque angustiis ita pressus, ut nequidem potuerit Dominum de iisdem reddere certiorem; quemadmodum hæc omnia flebiliter exponens, inter alios, Martinus Schot Anno MCCCXCVII. supplicavit pro obtinendâ Feudorum suorum Investiturâ, quam & proinde, licet præter culpam, à se diutius protractam dolet, his verbis: *Die vvir vor langer Zyt empfangen solden haben, daz uns doch* HERREN, *und* LIBS-NOT, *und auch* UNSICHERHEIT *der* WEGE, *benomen haben, daz des nicht geschehen ist*, DAZ UNS LEIT IST. Hinc placuit quandoque Abbatibus Fuldensibus in simili casu Vices suas alteri demandare, qui absentem, ac ita graviter præpeditum Vasallum investiret, simulque debitum Homagium ab ipso susciperet, prout id aliquando specialiter in commissis habuisse reperiuntur Henricus Dux Brunsvvicensis, Prob. 271. tum & Joannes à Romrode Commendator in Nidda. 304.

VI. Alia Vasallo Fuldensi non minùs attendenda incumbit Obligatio, quâ scilicet eidem expresse injungitur, ut petens Investituram, vel etiam ejus renovationem, exhibeat ante omnia, Feudi sui, ac rerum quovis modo ad id spectantium designationem & enumerationem specificam, quam, si fortasse in instanti Prob. 310. commode præstare non possit, conceditur illi, si petat, certum quoddam ac de Prob. 355. terminatum Tempus, quo elapso, quidquid non designasse deprehenditur, illud Domino fit apertum. Nisi jam prævie ac eventualiter jurasset sese hujusmodi Fundos, ulterius forsitan retegendos, pari modo suscepturum in Feudum, prout hoc in diversis diversorum Litteris reversalibus, notanter in illis Joannis Comitis de Solmis Prob. 125. insertum habetur.

Huc etiam facit Notitia Parium Curiæ pro recognitione quam Anno MCCCCLXXIII. Fridericus Comes ab Henneberg fecerat de unico Feudo advocatiæ in Milz. Ubi sic legitur: *Item, Er hat nicht me bekant vvan dis Stuck, als sich oder me des sinen finden vvurd, daz vvom Stieft zu Lehen rurte, vvil Er, und sin Erbin auch entphaen*, DAZ IST IM ALSO IN SEIN EYDT GESEZT. Quam necessariò Prob. 74. autem adhibenda fuerit hæc cautela, quæ & rigidè postmodum observata, tandem constan-

constanter in mores abiit, demonstrant Feuda innumera per decursum priorum temporum deperdita, ac oblivioni demandata, quando scilicet, obscuræ adhuc, nec non simplicissimæ, quin & minus frequentes solebant esse Investiturarum Litteræ, sufficiebatque ipsum Investituræ actum paucissimis verbis in protocolla retulisse. Hinc quoties ex defectu tenoris Investituræ, Lis, seu dubium aliquod oriebatur super Fundo Feudali, ejusque Limitibus aut pertinentiis, convocabantur illicò Pares Curiæ, quorum Judicio unice in hoc standum erat, quemadmodum occasione montis Nackesberg aliquando factum fuisse reperimus; is cum situs esset in Territorio Villæ Mose, hæc autem unà cum suis attinentiis dependeret in Feudo ab Ecclesia Fuldensi: *Ministeriales* & *Vasalli* ejusdem Ecclesiæ, *sub debito Fidelitatis*, & *in animam suam singulariter requisiti*, unanimiter declararunt jam dictum montem, eo quod agri ultra medium ejus ascendentes cum aliis prædictæ villæ agris connumerarentur & colerentur, ejusdem planè naturæ censendum esse cum sæpedicta Villa. Ita ferè pronuntiatur ac deciditur hodie in eadem Curia Fuldensi casu quo Vasallus debitam Feudi sui designationem detrectet; seu potius eludere conetur; tunc enim universa Bona quæ possidet, censentur Feudalia, donec de Allodialibus ritè ac specificè constare faciat; siquidem in dubio semper præsumitur pro Domino, juxta sententiam desuper etiam novissimè emanatam, & à Cæsare, ad quem appellatum fuerat, confirmatam.

Buchon. II- lust. cap. V. Num. 103.

VII. Cœterum Feuda, cùm sint quasi Familiæ quædam Fideicommissa sub Lege Fidelitatis, & servitiorum, nec non renovandæ Investituræ concessa, competit omnibus de Familia, tam præsentibus quam & futuris, Jus in iis quæsitum, à primo acquirente ortum, non verò quòd illis ultimus, cui per Investituram succedunt, reliquit. Hinc, ubicumque simultanea Investitura occurrit cum simultaneâ possessione conjuncta in solidum (quæ importat Jus illud succedendi seu accrescendi, sic ut Vasallus absque Convasallorum suorum consensu, Feudum neque refutare, neque subinfeudare, aut oppignorare, multo minus quidquam ex eo alienare valeat) tenentur omnes Condominium hoc recognoscere omnibus casibus, & Feudi renovationem obtinere, etiamsi jam in ultimis Reversalibus fuerint specificè & nominatim comprehensi; idquè ex generali Observantia & antiqua consuetudine Curiæ Feudalis Fuldensis.

Prob. 36.

Secus est in Feudo diviso, cujus possessio penes unum est; ubi simultanea Investitura reliquorum, seu Fratrum, aut Agnatorum, dumtaxat Jus sibi invicem aliquando succedendi demonstrat, non autem ordinem; unde, nec in eorundem Litteris Clientelaribus dispositio Nominum ullatenus attenditur, nec secundum eam in controversiâ successionis, exinde forsitan desumptâ, judicare solet Fuldensis Curia, excepto ubi Senioratus Locum habet.

VIII. Quemadmodum autem, Jure Fuldico, simultanei Feudi possessores, *Ganerbii*, passim nuncupati, ad divisionem Feudi non coguntur, sic illis minimè licitum est inter se substitutum, seu Provasallum eligere, qui Feudum omnium nomine suscipiat: quandoquidem JUS hoc SENIORATUS, ex solius Principis-Abbatis voluntate ac Indulgentia dependeat: non autem ex Vasallorum arbitrio, prout id jam olim, inter alios plures, gratanter agnoverunt Nobiles ab Hune per Litte-

Prob. 247. 478. 504.

ras

ras suas datas Anno MCCCCLXXVII. in hæc verba : *Als unsere Vorelderen bisher das Sloss, und Stat Hune &c. Zu Lehen gehabt, und* YDER INSONDERHEIT *sein Teil* Prob. 339. *daran vor sich entphangen hat, bekennen vvir &c. daz uns der Hochvvirdig* JOHANS *Apt des Stiefts zu* FULDE *dasselb entphangniss gnediglich gemildet, und also gesazt hat: nemlich, daz hinfuro allervvegen,* DER ELDEST *unsers Geslecht &c. von* ALLER *von* HUNE *vvegen &c. von eym Abt, und Stifft von* FULDE *entphangen soll &c.* Sic Anno MCCCCV. postquam plurimi ex Ordine Equestri, societate inter se initâ, Castrum Staden unà cum suis attinentiis acquisivissent, nec non & de eodem per simultaneam Investituram ab Abbate Fuldensi, tanquam à Domino Fundi directo, Prob. 155. fuissent Investiti; Obtinuerunt ex singulari ejusdem Abbatis gratiâ, ut quam aliàs sigillatim præstare debuissent Feudi memorati renovationem, hanc Burgravius Fridburgensis, quisquis ille in Tempore foret, tanquam senior, seu provasallus, eorum omnium nomine deinceps toties quoties præstaret in perpetuum. Occasione cujus, adhuc observandum restat Jus illud Senioratûs non semper cadere in eum qui reliquos de Familia annis superat, multo minus eidem competere quà grandævo, nisi ita fortasse condictum fuerit; nec confundendum esse idem Jus cum Jure primogenituræ, quod ubi semel introductum est, remanet in Lineâ descendenti ejus, qui Jure hoc actualiter gaudet, donec eâ plane extinguatur, ac tunc demùm seniori ex Feudi successoribus, aut ejus primogenitis Jus hoc succedendi aperitur, scilicet; *Nach dem Rechten der erster Geburt*, prout habetur notanter in Litteris Clientelaribus Wilhelmo Hassiæ Landgravio Anno MDCLII. concessis. Prob. 42.

IX. Denique cùm juxta Veteres Leges Feudales de uno eodemque Feudo possint investiri duo, ita ut *unus possessionem habeat, & alter successor ejus existat, post mortem illius in ipsius Bonis.* Cujusmodi Exempla plurima in Codice nostro Probationum passim exstant: requiritur, ut Vasallus Fuldensis, morte possessoris indicatâ, Feudum petat, nec illud propriâ Authoritate occupet. Thomas. lib. Benef. pag. 104. Prob. 23. 211. 301. 303. 364. 522. 539.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

DE QUATUOR PRÆCIPUIS SERVITIORUM GENERIBUS, AD QUÆ PROMISCUE PRÆSTANDA, TENEBANTUR VASALLI FULDENSES.

ORiginaria, ac Communis omnium Feudorum natura, sive Indoles, hæc est; ut per Fidelitatis Præstationem acquiratur Domino Jus non solum in personam Vasalli, sed & simul in rem Feudalem; licet circa prius, quod servitium Quadripartitum olim exigebat, hodie in Curia Fuldensi multa ut plurimùm immutata, si non penitùs abolita sint; quemadmodum id fusè patebit ex sequentibus. Cui autem hoc Culpæ vertendum sit; an nimiæ Principum-Abbatum Indulgentiæ, aut quandoque etiam incuriæ? Prob. 5. An verò Potentiorum quorundam aviditati? qui aliorum Beneficia in se congerentes, Ecclesiam Fuldensem multorum servitiis defraudabant; in medio relinquimus; Prob. 20, 312. Hoc certum est, Vasallos passim omnes, ad servitia obeunda fuisse adstrictos, à quâ generali Lege vix debilis, aut caducus senex excusabatur: Quandoquidem ad- Prob. 288. huc Sæculo XV. ad finem vergente Laurentius Fulhaber Feudum Castrense, sibi ex successione delatum refutasse reperitur, eò quòd ob ingravescentem ætatem, ac vires propemodum exhaustas, illud condignè deservire ampliùs non posset. Hinc Prob. 296. etiam, nullus censebatur Exemptus, nisi quem eximebat Principis-Abbatis Clementia, aut certe Pactum, quale ad Annum MXLIX. Vir quidam Illustris, Roho no- Corp. Trad. Fuld. N. 607. mine, iniisse memoratur, cùm *dato quodam suo Prædio*, obtinuit, ut Beneficium, *pro quo prius*, UT DIGNUM ERAT, *servierat*, deinceps *absque servitio* possideret. Similem ferè contractum pepigit, aliquantò tempore post, vir itidem Nobilis Ibid. Num. 631. Hartmannus, nimirum: ut *pro Beneficio* quod susceperat, *nullam omnino faceret Expeditionem, nullamque servitutem*, nisi cum Expeditio Regia, aut Abbatis Ne- Ibid. 606. cessitas eum secum ire compelleret; non autem *Annis singulis*, sicut & *alii Milites*, serviret Abbati.

Ex quibus discimus, varia jam tùm usu recepta fuisse Obsequiorum Genera, ad quæ indiscriminatim ac promiscuè subeunda, ex solo Domini arbitrio & voluntate tenebantur Vasalli: solebant autem ea passim distingui in MILITARIA, JUDICIALIA, CURIALIA, & HONORARIA, juxta totidem ferè Feudorum Genera, licèt Vid. Part. I. hæc in plures species fuerint subdistincta, ut supra jam fusè demonstravimus, & hic latiùs adhuc prosequemur, dum cuncta sigillatim expendemus.

§. 1. De

§. 1.

De Servitiis Militaribus in Campis, & Expeditionibus.

I.

VAsallos Fuldenses, nullius unquam paruisse Mandato præterquam Cæsaris, aut Principis sui Abbatis, testatur inter alia Præceptum illud Protectorium Henrici V. Regis Wolfelmo Abbati Anno MCXI. concessum, quod & suo Loco integrum aliquando dabimus; ubi sic habetur: *de* MILITIBUS *suis* (scilicet Abbatis) *jubemus, ut nullus Comitum in omni Regno nostro, illos pro aliqua* EXPEDITIONE HOSTILI, *inquietare præsumat, suorumque sequaces; sed ipse potestative, & honorifice suos, & suorum habeat Potestatem, usque ad nostrum jussum;* Quoties scilicet Publica Necessitas, aut Decor Imperii id exigere videbantur, utroque enim casu, tam Dominis, quam & Vasallis comparendum erat, tum ut eorum auxilio imminens Hostis validius propulsaretur, quomodo in Expeditione illa Bohemica ad An„num MXL. facere tentaverat inter alios Reginhardus Comes, Major Domus sive „Advocatus Ecclesiæ Fuldensis cum Electissimis ex Familia Sancti Bonifacii, sed qui „omnes, *cruentâ cæde procubuerunt:* tum, ut Majestas Regia, maximo ac splendido suorum Comitatu circumdata, magis eniteret in Festivis solemnitatibus, ac publicis Functionibus, quarum omnium præcipua olim censebatur Inauguratio Regis noviter Electi, qui Exemplo Caroli M. Romam tendere solebat, ibidem Diadema de manu summi Pontificis suscepturus; ad quod Iter, in omnem Eventum, tutò non minus, quam splendidè perficiendum, justus cogebatur Exercitus, juxta receptam ab antiquo consuetudinem, quam & postmodum etiam Conradus II. Rex, Salicus dictus, nova Constitutione firmavit Wormatiæ circa Annum MXXVI. expressis verbis præcipiens; ut deinceps perpetuis Temporibus, post elapsas anni unius ½, & VI. Hebdomadarum Inducias, ad Romanum hoc Iter, seu Expeditionem publicè indictam, præconcessas, *quicumque V. mansos in Beneficio possideant, Domino suo, ad quem pertinent, Bruniam* (quod est Cataphractum, alias *Glene*) *cum uno Scutario* (sive scutum ferente) *ducant: ipsis autem ad Itineris præparationem V. Libræ in stipendium tribuantur, & duo Equi*, ac insuper *in Dominorum tamdiu vivant procuratione quamdiù in incœpta vadunt Expeditione*: cessabat autem hæc Expeditio post absolutam Coronationem; nisi nova continuandæ Expeditionis caussa subvenisset, ut plerumque solebat accidere: Cæterum præter jam dicta, requirebat eadem hæc Constitutio, ut *Vasalli qui cum Dominis non vadunt*, Feudi sui *tertiam partem Fructuum*, passim ex Dominorum Arbitrio adærandam, *pro Hostenditiis*, seu Stipendiis, persolverent: Quæ omnia, mox ut introducta, sic & in Fuldensi Curiâ sedulo ac constanter observata fuisse, nos docet præ reliquis Charta Egberti Abbatis, quâ ad Annum MXLVIII. Werinhardo cuidam Viro Nobili Feudum conceditur, ea Lege, ut servitium inde debitum præstaret, & *in Expeditionibus cum sex* SCUTIS *militaret*, quin & eidem Militi *Pecunia, quam pro* EXPEDITIONE ITALICA, *debuit*, postmodum etiam remissa fuisse reperitur.

Annalista Saxo apud Eccard. tom. I.

Freher.

Corp. Trad. Fuld. n. 606.

II. Nunc à publicis, seu Regiis illis Expeditionibus ad privatas descendimus, in quibus eosdem Vasallos non minori Zelo, ac Fortitudine olim pro salute Patriæ, aut etiam securitate Fuldensis Ecclesiæ decertasse, vel ex ore unius Ruperti Ministerialis, sat colligere licet, dum is Lethali morbo decumbens, suos extremùm ita
Ibid.N.641. adhortatus est: „ Ecce, ego morior, & vado ad Patres meos; Vos autem ser„vite Deo in Tremore, ac sancto Christi Martyri, ac Domino Patrono nostro Bo„nifacio, & habebitis Gloriam & Laudem in hoc, & in futuro sæculo: *Ponite „Animas Vestras Periculo pro defensione Domus Dei, Fuldensis scilicet Monasterii, „à quo habetis, Gratiâ Domini, Prædia & Beneficia totius Commodi vestri.* Certè Vasallorum Fuldensium hoc quasi primævum ac generale videtur fuisse Institutum,
Prob. 85. 406. 488. ut quoties delectus ab Abbate imperabatur, *cum personis propriis*, quod erat *mit iren selbs Liebe*, etiam extra Territorii Fines, suisquè sumptibus militare compellerentur:
Prob. 617. quemadmodum id inter alios, ingenue aliquando fassus est Joannes Comes de Ziegenhain, dum ait: *Ist daz vvir in unsers Herren Dinst von Fulde Riden, daz solle vvir tun uf unsir Kost, Schadin, und Frumen*, quin & Conventiones inter-
Corp. Trad. Fuld.n. 613. dum in contrarium factæ, id ipsum aliundè satis affirmant, ut quando Wideradus Abbas Fuld. Anno MLXI Erenfrido Militi, Beneficium *hac servitutis conditione* donavit, *ut pro eo infra Provinciam, prout imperatum fuerit, serviat*, attamen *sumptus Victualium accipiat.* Simili prorsus Limitatione Obsequia sua Henrico Abbati condixerunt Anno MCCCXIX. Hermannus de Drifort, & Hermannus de Span-
Prob. 613. genberg, nimirum: *Innevvenick Landes, so vvir gemant vvurden, uf sinen Schaden, und seine Kost* quæ omnia expresse stipulari, censeri posset superfluum, si communi Lege receptum fuisset, ut Domini sumptus facerent, & eis Milites suos, ubi Belli ratio id exigebat, etiam extra Provinciam educere non licuisset.

III. Verum urgens quandoque Necessitas, quæ Legis est Nescia, alios paulatim Mores invexit, quandoquidem Vasalli, qui prius ad indictam sibi quamlibet Stationem accurrere, ac Reditus suos Feudales in obsequium Domini, alacri animo impendere solebant postmodum ineunte præsertim Sæculo XIII., novis Stipendiis, quin & sub obtentu majoris etiam Benevolentiæ alliciendi fuerunt, & ad Arma provocandi; cujus rei Testes adducere libet Encyclicas illas Conradi III. Abbatis Fuld. Litteras, ubi erga *Milites* suos *Feudales* verbis minimè imperiosis uti-
Prob. 560. tur; sed *Quicumque* inquit, *pro Stipendio nostre Facultatis, de sua Strenuitate presumentes, benivolos se Nobis, & adjunctos obtulerint, ultra omnem Conventionem, quam nobiscum fecerint, ipsos Dilectione & Favore perpetuo prosequemur*: nec aliter ex successoribus ejus nonnulli, Conductitios illos suos Vasallos mercati sunt, quos
Prob. 600. sæpius in pares Fœderis Conditiones, signanter in partem Spoliorum admittere oportuit, juxta usitatam in hoc casu illorum Temporum Clausulam: *VVere iz das*
Prob. 85. 498. *unser beydir Banir mit einandir uff dem Felde vveren, nemen vvir darunter mit einander Frumen, den solde man teylen* &c. quin & pro Feudis suis, si quæ etiam ab
Prob. 175. 572. Prob. 564. 565. adversâ parte habebant, omnem ipsis securitatem prius addicere, insuper damna, (vulgò *Reysige Schaden*) inde perpessa, ex integro rependere, moris erat; siquidem Leges Feudales in eorum Gratiam dudum statuerant, ut qui *Equum*, aut aliud
Thomas. Libell. Benef. 517. quid *perdidisset in servitio* Domini, non teneretur eidem ex debito servire, quamdiu non habuisset *rectam rationem sui damni*: hinc occurrunt tot, tamque diversæ Compositiones desuper initæ, quarum arbiter potissimum esse solebat supremus

Aulæ

Aulæ Marescalcus, ut ex ejus Officio, alibi à nobis expendendo, constabit fusius: quamquam in his omnibus, Sæculo adhuc sat recenti, Abbates Fuldenses interdum juxta primævam Feudorum suorum Indolem sensisse, constet ex Apologiâ Joannis ab Henneberg adversus Philippum Hassiæ Landgravium Anno MDXXVI. suo Loco integrè exhibendâ, ubi Inclytus Præsul hanc, inter alia, Quæstionem movet: *Ob dan gegen solchen grossen Lehen, ihm, dem Landgraven, nicht geburt? und billig zugestanden? Uns, als seinen Lehn-Herren, darumb vvir dan Ine von Haune aus, schrifftlich, und darnach mit unser Eygen Handschrifft, aufs freuntlichs gebetten, zu helffen, zu retten, ja auch in diesem Fal,* AUF SEIN EIGEN KOSTEN? *und vvie ihm gezieme unser Sloss, Stat, und Dorffer zu Erbhuldung einzunemen, setzen vvir in keinen Zvveiffel solches vverde bey gantz nimand gebilliget: so vveis man auch, vvie der Lehenman seine Lehen zu verdienen, und der Lehenher, dem Lehenman darumb etvvas zu geben nicht schuldig ist, vvie dan Er, der Landgrave, solchs taglich mit seinen Lehen-Leuten, Graffen, Herren, und der Ritterschafft ubt, und gebraucht. &c.* Ex quibus discimus, antiqua Jura Feudalia, quandoque ex Dominorum conniventiâ, aut benignitate, in desuetudinem abire posse, non tamen censeri ideo in totum præscripta.

§. II.

De Servitiis Militaribus Castrensibus.

I.

QUemadmodum jam superius, inter Feudum Castri, & Feudum Castrense differentiam statuimus, sic quoque inter servitia ex utroque capite debita hic distinguendum est: quandoquidem Vasallus de Castro cum attinentiis suis investitus, non ad solam ejusdem Custodiam seu Defensionem, juxta quod illi erat injunctum, sed & insuper Dominum in Expeditionibus, *zu Feld, und Heerzugen,* sequi tenebatur: è contra verò, Vasallus Castrensis, præter Defensionem Castri sibi concrediti, ad alia servitia militaria evocari non poterat, nisi fortè diversa Feuda simul obtinuisset ratione quorum ad ea fuisset obligatus: ut patet in Henrico de Geysa, quem Abbas Fuldensis Anno MCCCCLXII. à cunctis servitiorum suorum oneribus gratiosè exemit, solo Castrensi excepto, quod tunc illi dumtaxat incumbere voluit, quoties Hostilis Exercitus Oppidum Geysa infestâsset: *ab Heerzuge vor unser Stat Geysa zugen, so solde er sin Burg gut vorsthee in der Muren als ander Burgman, getruulich besitzen, Schuden, vveren, &c.* in quo, reliquis Castrensibus etiam sorte videtur fuisse felicior; hi siquidem universim, Feudum suum continuâ statione, *es sy VVinter oder Sommer.* Etiam personali Residentia deservire adstringebantur, sub pœna amissionis ejusdem, ipso facto: Quamquam interdum aliquem Hæredum suorum, aut certè Personam aliquam idoneam aliam, sibi in hoc substituere, licitum fuerit, non tamen aliter quàm ex Pacto, præsertim si Illustrior erat hujusmodi Miles Præsidiarius, quàm ut eum has conditiones ita rigidè subire, ac adimplere fas fuisset: Sic enim Philippo Dynastæ de Minzinberg in Castrensem Castri Bingenheim Anno MCCC. acquisito indultnm est, *ut ipse, & post eum sui Hæredes Castrensem Idoneum sibi in dicto Castro substituant, qui custodiam faciat Castralem*

Vid. Part. I. Cap. I. §. II.

Prob. 406. 488.

Prob. 296.

Prob. 607.

Prob. 363. 368. 512. 611.

Prob. 397.

stralem & Residentiam, *ut est moris*: Similiter convenit Anno MCCCIII. inter
Prob. 67. Henricum Abbatem, & Bertoldum Comitem ab Henneberg, ut hic pro deserviendo Feudo suo Castrensi in Rockenstul *alium* illic destinaret *Castrensem probum & idoneum* suis *nomine*, *sumptibus*, & *expensis* militaturum: hinc ferè inducor, ut credam, Castrenses passim ex Fundis, aut Redditibus Feudalibus, qui ipsis instar stipendii esse debuerant, substitisse, ac sumptus fecisse necessarios, prout sanè potuerunt, si priscis illis Temporibus, vile rerum omnium pretium, è contrà verò ingentem Numorum, in eorundem penuriâ maximâ valorem, attendamus; Quam nostram Opinionem confirmare videtur communis illa clausula clientelaribus
Prob. 444. hujusmodi Litteris ubique in hunc ferè modum inserta: *und daz Burg gut sal er personlich da besitzen*, *und in dem Sloss verdienen*. Quod est, merere.

II. Poterat autem servitium illud defensorium, pro Arbitrio Domini, ob ingruentem aliquam Necessitatem, ab uno Castro transferri ad aliud, aut etiam remanere in indeterminato, salvâ nihilominus præstatione annuâ Feudali: sic Hen-
Prob. 361. rico Kranch Armigero assignantur certi quidam Reditus, *deserviendi more Castrensis Feodi in Tafta*, *vel cùm requiretur*, *in Furstineck*: sic Joannes de Voitsperg acquisitus Anno MCCCIX. Castrensis in Bingenheim, obligat se erga Henricum
Prob. 517. Abbatem Fuldensem, quod, usque dum idem Castrum ab eo, & suâ Ecclesiâ fuerit redemptum, ipse medio tempore dictum Feudum deserviturus sit, & ejusdem Domini sui castrensis extiturus, *in Loco quem* (sibi) *ad suæ voluntatis arbitrium duxerit deputandum*. Sic denique idem Henricus Abbas Wernhero de Lœ-
Prob. 370. vvenstein Anno MCCCXI. Libras X. annui Reditus pro Castrensi Feudo contulisse reperitur, ea conditione, quod illud in Husen, *vel aliàs*, inquit, *ubi magis nobis placuerit*, *deservire tenebitur*: quare inter conditiones merè gratuitas reponenda est ea in quam consensit Anno MCCLXXV. Berthous Abbas, scilicet: ut si quando Castrum Bickenbach, quod in potestatem suam reinciderat, destruere proposuisset, Castellani, seu milites Castrenses, qui prius in eodem residebant,
Prob. 558. deinceps in aliis Munitionibus Ecclesiæ suæ, *in quibus elegerint sic manere*, Feuda sua possiderent.

III. Cœterum, quam antiqua sit hæc Præsidiariorum Militum conditio, satis indicant Gesta Marquardi I. Abbatis circà Annum MCLX. ubi se Castrum Ha-
Brovver. Antiq. Fuld. pag. 267. selstein, ejectis qui in eodem fuerant, Prædonibus, *in defensionem Bonorum Ecclesiæ suæ* Fuldensis, quemadmodum & Castrum Biberstein, noviter exstructum, cum *Fidelibus Viris* posedisse testatur; *qui*, inquit, *Juramento hoc confirmarunt*, *nunquam se*, *nisi pro Honore Monasterii*, *& Abbatis*, *nec in mo te dedere*: hinc certè constat, non nisi strenuissimos quosque ad hanc Nobilem Spartam subeundam fuisse admotos, nec tamen sibi relictos, sed pulchra subordinatione, uni paruisse Præfecto, ut discimus ex Concordiâ inter Conradum Abbatem Fuld. & Bopponem Comitem ab Henneberg Anno MCCXXXII. initâ, per quam inter alia utrobique
Prob. 557. statutum fuit, ac firmiter promissum; *quod in Castris utriusque partis*, *quidam probi & discreti Viri aliis præficiantur*, *qui sua industria & discretione Rapinulas & Fomenta Guerrarum*, *nec non & alias controversias*, *discordias evomentes*, *adnihilent & compescant*: Equidem jam tunc plurima hujusmodi Castra seu munitiones possidebat Fuldensis Ecclesia, quibus, in modum Coronæ Muralis undique circum-

vallata

vallata, nullos, quantumvis violentos Hostium impetus, aut subitaneos incursus formidabat; sed Orationibus assiduè intenta, cum Moyse, manus & oculos in Cœlum elevabat, dum Bellatores ejus fortissimi, per diversa illa Præsidiorum Loca, in editis abruptisque Montibus dispositi, velut altâ è speculâ, communi omnium Saluti, diu noctuque invigilabant, quin & se se ipsos etiam sæpissimè muros ponebant pro Domo Dei:

Talis autem horum Castrorum situs ferè ac dispositio erat; nimirùm, ad Prob. 376.
versus Hassiam erecta stabant: HUSEN, HERBERSTEIN, WILDECK, WERDAVV, LU- 367. 499.
TERENBACH, HUNEFELT, TAFTA, & FURSTENECK. 500. 416. 297. 361. 217.

Dein utrumque Latus, quod Thuringis confine erat, defendebant GERSTUN- Prob. 368. 413. 228.
GEN, VACHE, LENGSFELT, SALZUNGEN, FRANCKENSTEIN, & LICHTENBERG: hæc 187. 119. 485.
si fortè sors inimica abstulisset, oppositæ supererant Munitiones interiores aliæ: Prob. 227.
VISBERG, TANN, ROKENSTUL, GEYSA, & HASELSTEIN. 492. 67. 181. 219.

Francos, qua parte facilius irruere poterant, arcebant Castra, seu etiam op- Prob. 423.
pida munita, sibi quasi ad hoc invicem substituta; TUNGEN, SALECK, HAMELBURG. 364. 481.
SCHILDECK, BRUKENAVV, WERBERG, GERSFELT, & BIBERSTEIN. 363. 454. 425.

Denique totam illam Regionem, quæ & Wetteraviæ partem, non mini-
mam ad Ecclesiam Fuldensem olim spectantem, complectitur, protegebant ab ex- Prob. 170.
tra: OTSPERG, BICKENBACH, BINGENHEIM, SALMUNSTER, & STOLZENBERG, ab 558. 398.
intra vero: NEUHOF & GYSELA. 399. 345. 473. 293.

Verum ultra sæculum XIV. quo etiam ad pleniorem Fuldensis Ecclesiæ securitatem, ejusdem majorem Decanum, unà cum Capitularibus, Jure Castrensium perpetuo in Arce Fridberg, donaverat Carolus IV. Imp. per diploma datum Anno MCCCLVII. vix substitit felix ille, ac tranquillus Rerum Status, quem intestina dissidia, & ingravescentes plus nimium Bellorum motus, sensim labefactarunt, effeceruntque, ut Abbates Fuldenses, viribus pœne exhausti, dum tot Castrensibus alendis ampliùs non sufficerent, eadem ipsa Castra, propriis, iisque immensis sumptibus à se olim erecta, plerumque dejecerint, ac destruxerint, ne Prædonibus fierent pro Receptaculo: id quod quorundam Rudera, hinc & inde adhuc conspicua, tristè loquuntur. Prob. 550.

§. III.

De Servitiis Judicialibus.

INter antiquiores Ecclesiæ Fuldensis Prærogativas meritò recensenda est Jurisdictio Feudalis, quam Otto I. Imp. ad Annum DCCCCXL. in diplomate suo Protectorio, alibi integrè à nobis exhibendo, confirmans, vetuit, ne ullus Judex publicus, sive Comes; etiam in quacumque Contentionis materia, præsertim super re Feudali. *Ministeriales, Vasallos, & Homines ejusdem Ecclesiæ, ad aliqua omnino Judicia trahant; sed coram Abbate, qui tunc fuerit, Causas suas agant*: id quod deinde constanter etiam observatum fuit, ut patet ex sequenti usitatâ Clausulâ Litteris Investiturarum sæpiùs adhiberi solitâ, videlicet: *das sie gegen solichen Lehen*, Prob. 392.

vves

vves sie Recht darzu vermeinen zu haben nicht, auch nirgen anders, dann mit recht, und fur unsers Stiffts Lehenman Gericht, sucken solln, als sich das nach Ordnung unsers Stiffts Lehenhofs, und Lehenrechts Geburt: Unde & saltum illum Forensem à Curia Feudali Fuldensi, ad Curias supremas Imperiales, Recentioris prorsus ævi introductam quandam consuetudinem existimo, quæ priscis Temporibus Locum minimè reperisset, etiam in casu Justitiæ denegatæ, vel protractæ: Majorem enim Abbatibus Fuldensibus in Jure hoc dicundo authoritatem olìm conciliasse videntur, tùm Numerus ille Parium frequens, etiam longe ultrà eum, quem Leges communiter præscribebant, tum Locus Judicialis, & ipse sacer: utpotè ipsum Templi augustissimi Peristylium, è quo eorum Decisiones velùt tot Oracula in publicum emanabant. Quamquàm Curiæ Feudali Fuldensi nec hodie sua desit Authoritas, cùm prædictorum omnium instar sit, Celsissimi Principis-Abbatis Tribunal Aulicum, sive summum Dicasterium, cui tanquam Judex constitutus præsidere solet unus ex Reverendissimis Majoris Ecclesiæ Capitularibus, retinetque in hunc finem, pro veteri more, Titulum Præpositi hujus Curiæ, vulgò **Lehen-Probst.** Quod si tamen Vasallus in causâ contra Dominum, specialem Curiam Parium postulet, ea ipsi non denegatur; dummodò Sumptus & Expensas ad id Necessarias faciat, prout olim etiam usu receptum erat, de cœtero tenetur sese ex integro conformare universis Juribus & Consuetudinibus, in eadem hac Curia ab antiquo receptis, ac stabilitis, à quibus recedere, aut certè sibi Viam eligere Juris Communis, nemini unquam concessum fuit, licèt id plures sæpiùs tentaverint, ut nobis jam sæculo XII. Author est Marquardus I. Abbas Fuld. qui dolenter refert, quod, à certo quodam tempore, dum ex Prædecessoribus suis aliquis *Justitiam* à Vasallis *exquirere cœpisset*, ingeniosâ & callidâ argumentatione Juris sui, quod LEHENRECHT nuncupabant, *anguis more, de manibus elapsi, per anfractus sermonum, sine suo discrimine* effugere solerent.

(Prob. 553. 189. 622.) (Prob. 621. 622.) (Browver. Antiq. Fuld. pag. 266.)

Verùm subdolis illis Cavillationibus non modo promptum Finem imposuit idem Marquardus, sed & Veteres Leges, à se postliminio restitutas, rigide in hoc ipso postmodum observari voluit: id quod forsitan præsentiens Vir quidam nobilis Wortvvinus, dum sub idem tempus, Anno scilicet MCLVI. Castrum suum Staden, Ecclesiæ Fuldensi obtulit, moxque ab eadem recepit in Feudum, hanc sibi conditionem inter alias, expressè reservavit, ut quando *super ejusdem Castri Beneficio, Rationem redditurus* esset *in præsentia Domini sui Abbatis*, id *nullo prorsus Loco* agere cogeretur, quàm in his tribus: Phetervveile, Omestad, & Hœste; stabat enim penes Dominum Electio, in quo Loco causam Vasalli ventilari vellet; nisi hic exceptione Loci non tuti sese excusasset, id quod priscis Temporibus ob frequentes diffidationes, quandoque attendi solebat. Ut autem vetus Forma Judicii Feudalis Fuldensis plenius innotescat, plura circa eandem, ut & servitia Judicialia hic subjicimus.

(Prob. 154.)

I. In Causa controversâ, Vasallo absenti Decretum citatorium insinuabatur in Loco Domicilii *zu Haus, und zu Hove* per Litteras patentes, Sigillo Domini firmatas: licet hæc Denunciatio etiam per Nuntium fieri poterat.

(Prob. 189. 477. 622.)

II. Terminus ad comparendum præfixus, erat XIV. Dierum sive Noctium, qui secundò ac etiam tertiò reconcedi solebat, prævia semper citatione ordinariâ,

ut habetur in ſententia illa Parium adverſus Eliſabetham de Bickenbach ejusque Filias Anno MCCCXL. latâ: *Des vvurden in ir rechten Tag dertei'et von den Rittern, und den Mannen des Stiefts*, ZU DRIEN VIERTZEHEN NACHTEN, *nach Recht des Gerichts ſich zu verantvvorten*; & expreſſius alibi ad Annum MCCCCLX. in cauſa Ditmari Frovvin: *Nemlich* DREY GERICHT, *die vvir im zu igliche Zyt zu Huſe und zu Hoffe, und zu rechtir Tagezyten habin laſſen verkunden, als dan an dem ſelben unſerm Gericht leufftig und gevvonlich herkomen iſt; ſolche vorgenante Drey Gericht-Tage hat der obgenant Dietmar verſumet &c.* Has autem Citationes, juxta præſcriptum modum factas, mox inſequi ſolebat in pleno Parium conſeſſu, vocatio Citati peremptoria, ſive Proclama, quâ pariter factâ, & nemine comparente, Citatus contumaciæ Reus condemnabatur, & Feudum amittebat: quod ſi actione in Rem ſolummodò conventus fuerat, actor mittebatur absque ulteriori dilatione in poſſeſſionem rei petitæ. Prob. 189. Prob. 549. Prob. 549. 553.

III. Quilibet Vaſallus, cui, vel dimidii manſi Feudum, vel ex Feudo annua unius Libræ præſtatio erat, ac conſequenter Jure Paragii gaudebat, tenebatur die condicto, aut per ſe, aut per convaſallum ad Curiam & Judicium Feudale à Domino conſtitutum ſeſe conferre, ut ibidem causâ cognitâ, ac teſtimoniis ſufficienter probata, unà cum cœteris Paribus, ſub Fide Homagii, ſententiam ſuam diceret, idque Tempore ante-meridiano; nam comparens poſt meridiem culpabilis erat, & qui nullatenus comparebat Feloniæ Crimine arguebatur: Evocati autem in hunc modum Vaſalli, dicebantur PARES, ſive *Compares*, aut etiam *Æquales*, Eorumque Numerus pro gravitate Cauſæ, nunc major, nunc minor requirebatur, nunquam tamen infrà duodenarium, aut certè ſeptenarium; juxta veteres Leges Feudales, in quas aliquando intendiſſe videtur Georgius Comes ab Henneberg, dum Anno MCCCCLIX. arbiter conſtitutus inter Reinhardum Abbatem Fuldenſem, & quosdam ex hujus vaſallis; edixit, ut is, Judicio XIII. ſuorum Parium, nec pauciorum, rem controverſam ſubmitteret. Prob. 157. 189. 553. Prob. 477.

IV. Vaſallus agens in Judicio contra Vaſallum, uterque (prout nunc fit) Dominum ſuum Judicem experiebatur, qui Curiæ indictæ præſidere, & ſuffragia Parium ſuorum colligere ſolebat; ſecùs ſi contentio vertebatur inter ipſum Dominum, & Vaſallum; quo in caſu Dominus, ſive actor, ſive reus, loco ſui, Vicarium, ſeu Judicem Feudalem, vulgò Lehen-Richter, è numero Parium ſuorum aliquem conſtituebat, de aſſenſu etiam Partis adverſæ, eumquè unà cum reliquis Paribus ab Homagio ſibi debito (quantùm ad cauſam agitatam) abſolvebat: ſic ad Annum MCCCCLXXIV. Conſtantinus de Slitz Mareſchallus Fuldenſis, in celebri illâ ſententiâ adverſus Ganerbios Caſtri Staden latâ, recognoſcit, ſe in hac ſupradictâ qualitate, judicio Parium præſediſſe: *Daz ich myns Gnadigen Herren von Fulde Mann Gericht*, ALS GESAZTER RICHTER, *mit dieſen nachgeſchriebenen, ſeiner Gnaden, und Stiffts Erbern Rittermeſſigen Mannen beſeſſen han.* Ubi, quemadmodum & alibi ſæpius, etiam Procuratoris, ſeu Advocati, vulgò *Redner* quem Partes adhibere ſolebant, mentio occurrit; cujus ea erat Authoritas, ut quidquid in Curia præſentibus & adſtantibus, Litigantibus allegâſſet, perinde eſſet, ac ſi ab iis fuiſſet prolatum; Olim ad hoc Officium de Jure quidem tenebantur Vaſalli, qui & illud ſibi invicem præſtabant, non autem ex debito ſeu obligatione ut colligitur Prob. 324. 549. Prob. 157. Prob. 553. 622. Prob. 621. 622.

gitur ex Charta Joannis Abbatis Fuldensis, quâ ad Annum MCCCCLXXVII. non nisi certis sub conditionibus acquisivit Conradum de Tare in hujusmodi suum procuratorem: *Zu unsern vorsprachen Diener*, eidemque diversa Emolumenta idcirco assignavit, quibus eum frui voluit ad dies vitæ. Cæterum postquam hoc Feudale Judicium semel cœpisset, idquè, ut diximus, ante meridiem; continuabatur ad finem diei, quin & interdum etiam usque ad diem sequentem; donec tandem per sententiam terminaretur; sententia autem nulla ferebatur, nisi post maturam deliberationem desuper habitam, quod prorogationis Tempus Pares Curiæ *iren rechtlichen Schub* appellare solebant.

Prob. 574.

V. Die sacro, vel solemni (qui passim *die gebundene Tagen*, aliàs Dies ligati dicebantur) quemadmodum & in Loco pariter sacro, vel Religioso, Curiam Feudalem instituere, aut Vasallos investire, vetabat quidem Capitulare illud Caroli M. *ut Placita in Domibus vel atriis Ecclesiarum minimè fiant.* Cui etiam per omnia consentiens erat Concilium Moguntinum sub idem tempus, nimirum Anno DCCCXIII. celebratum; Verum aliter obtinuisse Fuldæ, ubi & contraria *in* hoc consuetudo, ad seros usque posteros perduravit, Indicio esse possunt sententiæ Parium solemnes, die Jovis, qui Sacris, seu Feriatis accenseri solebat, prolatæ; tum & Locus publico eorundem Parium Fuldensium Consessui destinatus, ipsum videlicet Templi Primarii Atrium, sive Peristylium, quod tunc elegantibus Columnis, ac Porticibus circumdatum, juxta usitatissimum illorum temporum vocabulum, PARADISUS nuncupari consueverat; id quod dilucide ac evidenter satis probat ipsum pariter Curiæ Feudalis sigillum, quo inter alios etiam Henricus de Tann, ut constitutus Judex, adhuc Anno MCCCXL; pro veteri more, usus est, ad obfirmandam Sententiam tam à se, quàm à Comparibus suis editam; in cujus fine hæc leguntur: *Des han ich Henrich von der Tann*, *der egenant Richter*, *Zu eyme urkunde, und eyme uffenbaren Bekentniss*, *min*, *und des* GERICHTES *Insigel*, ZU DEM PARADISE, *an disen Briff gehencket &c.* Proinde ejusdem hujus sigilli Ectypon, æri incisum hìc reproducere Operæ pretium duximus.

Cap. XXI.

Prob. 157. 324.

Vid. Cangii Glossar.

Prob. 189.



Ubi vides sanctum Simplicium Martyrem, inter Patronos Ecclesiæ Fuldensis, post Sanctum Bonifacium, hodie etiamnùm præcipuum, huic Judicio seu Curiæ Feudali, quam & per Gladium in sinû recumbentem indicat, datum fuisse Tutelarem; nec abs re, quandoquidem in ipsâ *Orientali parte Ecclesiæ*, ubi jam sæculo X. Wernherus Abbas PARADISUM illum, *Columnis*, *Porticibus inferioribus & superioribus*

Act. vetust. Abb. Fuld.

rioribus conspicuum exstruxerat, & Pares ejusdem Curiæ convenire solebant, stabat Ara prædicto Sancto Martyri jam antiquitùs dicata, nec non sacris ejus Exuviis Veneranda, prout Eventus, licet aliàs sat fatalis, quando scilicet Anno MCXX. tota hæc ædificiorum superba moles simul corruit, ac prolapsa est, apertè commonstravit. Ex quò translata forsitan indè Curia, intra Principis-Abbatis Palatium hodie celebrari consuevit, ut supra jam monuimus.

§. IV,

De Servitiis Curialibus.

I.

FEuda Fuldensia, in usus Bellicos potissimùm constituta fuisse, extra omne dubium est: Nam licet, iis etiam concessa reperiantur qui Principi-Abbati Consiliis suis inserviebant; aut in perpetuo, honorificoque ejusdem Comitatû agebant, eos nihilominus Togam, vix aliter quam Sago superinductam gestasse, ac semper in utrumque paratos exstitisse constat: Quomodo & inter alios Bertholdus Comes ab Henneberg, Fide solemni interpositâ, sese erga Henricum Abbatem Fuldensem adstrinxit, quod eidem ubique *Consilio* & *Auxilio* firmiter adstare velit. Prob. 67.

II. Nec, quia Feuda Aulica passìm inter Pacifica recensebantur, servitia exinde debita, continuò censenda sunt ejusdem plane cum iis fuisse indolis; contrarium enim in hoc testantur quotquot olim è numero Fuldensium Procerum, vulgò *Hof-Diener*, existere visi sunt, qui certè omnes Militiam apertè satis profitebantur, siquidem etiam de damnis inde emergentibus sibi expressè cautum volebant: Hinc Ulricus ab Hutten Anno MCCCCXCIV. inter eos admissus; has conditiones obtinuisse reperitur: *Also daz er im Hof, oder in sinem Hus sin mag, und so er in des Herrn Dienst reyt, sal man ym fur* REYSIGEN SHADEN *stehen.* Prob. 570. de cætero, præter Vestem Aulicam, *Hofcleide, Rock und Cappen*, quam quotannis accipere solebant; tam ipsi, quam & eorum Equi alebantur impensis Domini; quod erat, Prob. 573. 574. juxta condictum: *Futter, Kost, und Hufflage*, sive *Futter, Brodt, Nayl, und Isen geben.* Tenebantur autem vice versâ singuli eorum duos, aut etiam tres Equos instructos habere, ut in Prælio, ac Conflictibus, sudante altero, desilirent in siccum; Quamvis in hoc, non Caroli Crassi Regis, sed Conradi Salici constitutio postmodum aliter ordinasse videatur; scilicet ut uno ex his Equis uterentur *ad præcurrendum*, altero *ad pugnandum*, tertio *ad spatiandum.* Goldast. const. Imp. tom. I. pag. 208.

III. Huic Constitutioni aliam Henrici III. Imp. subnectimus, quâ jusserat, ut Ministeriales non nisi ad V. Ministeria adstringerentur, hoc est, ut „ *Dapiferi* sint, Idem. ibid. pag. 231. „aut *Pincernæ*, aut *Cubicularii*, aut *Marescalchi*, aut *Venatores*; „ quibus nihilominus etiam & sextum accensemus, scilicet: Supremum *Culinæ præfectum*: Sed cum hæc officia ad splendidiorem Aulæ Fuldensis apparatum, etiamnùm spectent, ea alibi fusius à nobis Illustranda, suo loco reservamus.

§. V.

De Servitiis Honorariis.

I.

Vid. Arnold. Lubec. in Chron. Lib. III. p. 319. Prob. 45.

PAuca sunt, quæ circa hoc servitiorum Genus observanda occurrunt, quandoquidem ex innato quodam Debito, ac Gratitudine Naturali, Vasallus cujuscumque etiam Dignitatis sit, teneatur Domini sui non solum utilitatem & commodum; sed & *Honorem utiliter promovere.* Quæ communis ac passim in Litteris reversalibus usitata Clausula hanc insuper intendebat Obligationem, ut Vasallus, quando per Feudi sui refutationem aut alienationem, Domino consentiente factam, Libertati suæ restitutus, à cunctis servitiorum Oneribus eximabatur, nihilominus quoad Honoris, ac Observantiæ præstationem remaneret adstrictus, quam & eidem perpetuis temporibus inhærere debere existimabant Veteres, non tanquam onus quoddam, sed ut gratam accepti quondam Beneficii Recordationem.

Prob. 618. II. Quod si Fata nobis non invidissent Chartam illam, quâ olìm universus Ordo Equestris totius Buchoniæ se se firmiter ad hoc adstrinxerat, quod annis singulis, per Integrum Octiduum antecedens, nec non & aliud immediate subsequens Festivam S. Bonifacii solemnitatem, communi Peregrinantium ad eandem undequaque confluentium securitati vellet per se suosque esse prospectum; multa haud dubiè, eaque longe præclara debitæ illius erga matrem suam Fuldensem Ecclesiam Reverentiæ Vestigia exinde elucescerent: Leve enim est comparatione hujus, aliud illud Honoris Obsequium, ad quod pariter tenebantur Incolæ Loci, Bomerscheim ratione nexûs sui Clientelaris. Prob. 585.

Prob. 287. 459. 558. III. Unum porrò Vasallis sedulò cavendum est, nè Verbo, aut Facto, Dominum suum unquàm offendant; hinc etiam antiquitùs in mutuis Contractibus inter eos initis, è quibus Contentiones aut Litigia, successu temporis, suboriri poterant, Vasallus specificè sibi reservare solebat Libertatem Jus suum prosequendi; *citra omnem Indignationem* Domini.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

DE MUTUA INTER ECCLESIAM FULDENSEM, ET VASALLOS SUOS OBLIGATIONE, DEQUE GRAVIBUS AC FREQUENTIBUS DAMNIS, ET DISSIDIIS, EXINDE NATIS.

I.

QUamvis ex universo hujus Operis contextu sufficienter jam apparuerit, quale sit illud mutuæ Obligationis Vinculum, quo inter se cohærent tam Dominus quam Vasallus; aliqua nihilominus observatû digna hic superaddere visum est. Continet ea actus ille omnium solemnissimus; quando, scilicet ad Annum MCCCV. Vasalli Fuldenses, qui ausu temerario, sese pro majori parte in Cæsaris Clientelam dederant, Domino suo, Principi-Abbati iterum plenè reconciliati, jurarunt: „*Fidelitate* & Prob. 586.
„*servitiis suis* eum omnibus aliis Dominis præponere; nec non *pro Honore*, & *Juribus Ecclesiæ Fuldensis conservandis*, eidem *Consilio* & *Auxilio*, SICUT ECCLESIÆ PRÆDICTÆ TENENTUR, *assistere* & *adstare fideliter*. E contra vero promisit Abbas, quod eos manutenebit, & defendet *Consilio*, *Auxilio* & *Favore*, sicut (inquit) *Ministerialibus*, *Vasallis*, & *Castrensibus nostris*, DE IURE TENEMUR. Quæ certe ad propositum sufficere videntur, nec ulteriore elucidatione Opus habent.

II. In hoc autem continuè disceptatum, ac controversum est, nec hodie satis convenit; cui ex partibus mutua illa obligatio præcipue incumbat, ac quousque ea sese extendat; Certe, si meo Judicio standum sit, utrimque æqualis erit; nec sese extendet ultra quam Vires permittunt: Durum enim foret, si non prorsus iniquum, exigere à Domino, ut is propriis sumptibus ac Expensis, quin etiam & Armis, Jura & Possessiones Vasallorum suorum tueretur solus, dum hi, qui præter leve Honoris ac Observantiæ servitium, vix aliud ipsi rependere consueverunt, Onus omne à se declinando, commodum unicè sentire vellent: Agere igitur eos oportet, & quidem strenuè ac efficaciter, si auxiliatrices Domini sui Manus vicissim experiri cupiant: suis enim Clientibus Ecclesia Fuldensis nunquam defuit: id quod sufficienter testari possunt tot acerbæ, ac diutinæ conflictationes, quas jam olim in eorundem favorem sustinuit, notanter circa Annum MLXIX. quando adversus Moguntinam Ecclesiam in simili causa dimicans, non nisi, interveniente ipso Rege Henrico IV. tandem in has pacis conditiones consensit; „Nimirùm, ut ex Beneficiis Militum Fuldensium in Thuringiâ Decimæ quidem persolverentur: eisdem autem Militibus tanta pars ex ipsis „decimis ab Archiepiscopo rependeretur, quanta prius eis ex debito Decimationis per„solvebatur: prout latius continet ejusdem Imperatoris præceptum desuper emanatum, quod suo Loco integrè aliquando dabimus.

III. Quod si continuatâ in hunc modum serie, in reliquas Controversias, sive Lites exinde natas, ulterius inquiramus, occurrent ex iis non paucæ, quas Abbates Fuldenses aut Romanorum Pontificum authoritate, nec non & Regum præceptis

Prob. 547. 587. 591. 593. 614. ſuffulti componere annisi ſunt, aut certè eas proprio Marte dirimere, vel gravi etiam ære diluere opus habuerunt: ita ut meritò in dubium revocari poſſit, majori-ne emolumento? an Incommodo? ſuos hactenus poſſederint Vaſallos: perrari enim inter eos reperti ſunt, qui Exemplo quondam Joannis Comitis de Ziegenhain, aut Henrici ac Ludovici Nobilium de Frankenſtein, etiam non requiſiti, iisdem Dominis ſuis Abbatibus prudenti Conſilio, juxta ac Monitû adfuerunt in tempore, aut *Hoſtiliter & contra Juſtitiam* impugnatis, valide ac generoſe ſubvenerunt. (Prob. 374. 612.)

IV. Hinc ſæpe nimiùm evenit ut, eò quod ſoli rebus hiſce difficillimis implicarentur Abbates Fuldenſes, eſſentque iis exequendis interdum longè impares, enervatam, ac viribus penè exhauſtam Potentiam ad Poſteros ſuos transmiſerint; Præſertim iniquis illis temporibus, quoties in uno aut altero ex Vaſallis ſuis defendendo, Foris occupati, reliqui, neſcio quo Seditionis Spiritû arrepti intùs rebellabant. Sic Abbas Henricus à Wilnavv, de quo jam ſuperiùs egimus, dum Anno MCCCXI. Fridericum & Andream de Tungen, Caſtrenſes ſuos, adverſus injuſtas Herbipolenſis Epiſcopi impetitiones in Confiniis Franconiæ valide tuetur, adverſarios expertus eſt Theodoricum & Henricum de Honſtein, qui unà cum aſſeclis ſuis, Clientelari nexû ſuo fœdè diſrupto, Ditionem Fuldenſem, qua parte Turingiam reſpicit, longè lateque depopulati ſunt. Sic ad Annum MCCCXXIII. exortâ denuò inter Abbatem Fuldenſem & Epiſcopum Herbipolenſem Diſcordiâ, ratione Caſtri Wildeck; tumultuantur Nobiles de Tann, quos nihilominus ſopitis omnibus Injuriis ac diſſenſionibus, Abbas in gratiam recepit, & Arcem prædictam ſimul cum Caſtrenſi Reinhardo de Tor, Eccleſiæ ſuæ Fuldenſi feliciter revindicavit. Sic demùm Anno MCCCLXXXVIII. quando male pacata Boppenhuſanorum Factio in apertum Bellum erupit, ac intra Viſcera Fuldenſis Eccleſiæ à quâ tot Beneficiis ingrata hæc Gens cumulata fuerat, ſævire non deſtitit; Arma ex oppoſito intentabat Haſſiæ Landgravius, damnum à Nobilibus de Hune Hersfeldenſi Eccleſiæ ſatis protervè illatum graviter ulturus. Quibus Anguſtiis ut ſe eximeret Fridericus Abbas, hiſce ſuis Vaſallis, licet de ſe nullatenùs benè meritis, ære proprio ſubveniendum ratus, damna cuncta rependit, dum alios ſibi Rebelles, in ordinem redigeret, id quod, interventu Adolfi Archiepiſcopi Moguntini etiam factum eſt. (Prob. 587. 590. — Prob. 488. 594. — Prob. 599. 614.)

Plura ex tot iſtiusmodi Exemplis, quæ adhuc paſſim exſtant, non adducimus, quandoquidem pauca illa ſufficere videantur ad internoſcendum quale, quantumque Onus Eccleſiæ Fuldenſi quaſi continuò ex ſolis ſuis Vaſallis incubuerit: Licet deinceps per Edicta Cæſarum, ut & Conventiones cum vicinis Principibus, (qui illud pariter ſentiebant) deſuper initas, fuerit in multis ſublevatum.

ELEN-

ELENCHUS CLIENTUM *SEU* VASALLORUM PRIMI ORDINIS.

QUOTQUOT EORUM ETIAM A PLURIBUS RETRO SÆCULIS HUCUSQUE ECCLESIA FULDENSIS HABUISSE REPERITUR.

ACCEDUNT


NONNULLÆ CIVITATES IMPERII, *OPPIDA, RELIGIOSÆ DOMUS &c. EODEM NEXU VASALLITICO ADSTRICTÆ.*

ELENCHUS
CLIENTUM
SEU
VASALLORUM
PRIMIORDINIS,

QUOTQUOT EORUM ETIAM
A PLURIBUS RETRO SÆCULIS
HUCUSQUE ECCLESIA FULDENSIS
HABUISSE REPERITUR.

ACCEDUNT

NONNULLÆ CIVITATES IMPERII,
OPPIDA, RELIGIOSÆ DOMUS &c.
EODEM NEXU VASALLITICO
ADSTRICTÆ.



QUi medio sæculi **XII.** veteres Monasterii sui Fuldensis Chartas, sub Marquardo I. Abbate, sedulò iterum perquisitas, ac in unum collectas, etiam postmodum in Codices Membraneos retulit diligens ille Eberhardus Monachus, varias iisdem hinc inde sui Temporis notitias adjecisse reperitur, quæ, & inter cœtera, ad Illustrandam Curiam nostram Feudalem maximopere conducunt.

I. Ex iis discimus FRIDERICUM I. Imperatorem, non solùm de Feudis, quæ in

Prob. 6. Alſatiâ Pater ejus Fridericus Sueviæ Dux ab Eccleſia Fuldenſi tenuerat, ſed & quæ ibidem Theobaldus Marchio poſſederat, fuiſſe Inveſtitum. His acceſſit circa Annum MCLXVII. Locus Heidingfelt, intra Franconiæ Limites ſitus, quem unà cum ſuis attinentiis idem Imperator obtinuit poſt Obitum Ducis Friderici de Rotenburg Conradi III. quondam Regis Filii, qui unus, ſeptem Principum Beneficia ſibi accumulaverat, & nihilominus adhuc *ſitiebat*, ut loquitur ſuprà laudatus Eberhardus.

Laur. Friſ. pag. 524.

Prob. 5. 6.

II. Porrò Ingentia illa Feuda quæ Ludovicus Thuringiæ Landgravius in Orientali Expeditione moriens, Eccleſiæ Fuldenſi reliquerat aperta, pari modo concupivit Rex HENRICUS VI., ac ea ſibi conferri obtinuit, dum Anno MCXC. poſt Obitum Friderici Patris ſui, Diadema Imperii de manibus Cœleſtini Papæ ſuſcepturus, Romam tenderet.

Prob. 7.

III. Alia non minus urgens Temporum Neceſſitas effecit, ad Annum MCCCI. ut Henricus V. Abbas, pro conciliando ſibi ALBERTO Rom. Rege, univerſos Fundos ac Homines Feudales, qui jam Anno MCCLXXXV. per Obitum Henrici ultimi Marchionis de Burgavv Eccleſiæ ſuæ Fuldenſi vacaverant, reconceſſerit RUDOLFO; FRIDERICO; LEOPOLDO; ALBERTO; HENRICO; MEINHARDO; & OTTONI Auſtriæ Ducibus, prædicti Alberti Regis Filiis, per ſimultaneam inveſtituram Titulo Feudali deinceps poſſidendos.

Prob. 8. 9.

IV. Demùm & in pari caſu cum hoc Prædeceſſore ſuo conſtitutus fuiſſe videtur Henricus VI. Fuldenſis Abbas, quando Feudum, quod ex obitu Burgravii de Rinegg in poteſtatem Eccleſiæ ſuæ reinciderat, contulit Anno MCCCXL. LUDOVICO, & STEPHANO, Bavariæ Ducibus, LUDOVICI IV. Imperatoris Filiis.

DUCES AC PRINCIPES.

Præter jam memoratos Reges ac Regum Filios, occurrunt & alii Principes, pari nexu Vaſallitico erga Eccleſiam Fuldenſem adſtricti.

I.

SAXONIÆ Prob. 8.

Ex antiquioribus eſt *Bernardus* Saxoniæ Dux, *Herimanni* Ducis Filius, quem nobis aſſervavit vetus membrana: Claruit is ſub Ottone II. & III. ac demum etiam ſub Henrico II. Imperatoribus. Inſcriptus Necrologio Fuldenſi cum hac Epigraphe.

ANNO MXI. V. IDUS FEBR. OBIIT BERENHART DUX.

Prob. 12. 13.

II. Hunc excepit poſtmodum ex eadem Sereniſſimâ Domo *Albertus* Dux, qui ſibi, ſuisque Succeſſoribus acquiſivit in Feudum Bona quæ priùs hoc Titulo poſſederat Henricus Landgravius; nimirum: Terram Weſtermarck, Civitatem Aldendorf, Caſtrum Weſterberg &c. Hinc *Rudolfus* itidem Saxoniæ Dux ab Henrico Abbate Fuldenſi deſuper ſeriò commonitus, neglectæ diutiùs Inveſtituræ renovationem ſolemniter petiit, & impetravit Anno MCCCLVI.

III. Acceſſe-

III. Accesserunt deinde, post extinctam Illustrem Gentem Hennebergicam Bona quædam Feudalia, ut sunt Villæ Bettenhausen & Seba cum Attinentiis &c. Prob. 68. 76.
de quibus Anno 1609. Investiti sunt à Joanne Friderico Abbate Fuldensi *Christia-* Prob. 14.
nus II. Saxoniæ Dux S. R. I. Elector. Simultaneè cum *Joanne-Georgio*, & *Augusto* Fratribus, nec non & Prædefunctorum *Friderici VVilhelmi*, & *Joannis* relictis minorennibus Ducibus Saxoniæ, Lineæ Altenburgicæ & Winmariensis; cujus Investituræ renovationem continuârunt, eorum Posteri hoc ordine.

Anno 1623. *Joannes Georgius* Saxoniæ Dux & Elector, tam suo quam Agnatorum suorum *Joannis-Philippi*, & *Alberti* Ducum Nomine. Prob. 15.

Anno 1661. *Fridericus-VVilhelmus* Dux, Lineæ Saxo-Coburgensis ex pacto Familiæ. Prob. 16.

Anno 1670. *Fridericus-VVilhelmus* Dux, præcedentis Filius minorennis sub Tutela *Joannis-Georgii* Electoris.

Anno 1673. *Ernestus* Dux, Lineæ Gothanæ.

Anno 1676. *Fridericus* Dux, ut Natu major, post Obitum Ernesti, Patris, tam suo, quàm Fratrum suorum *Alberti*, *Bernhardi*, *Henrici*, *Christiani Ernesti* & *Joannis-Ernesti* Saxoniæ Ducum Nomine. Prob. 17.

Anno 1692. *Bernardus* Dux, Lineæ Meinungensis tam suo, quàm suorum nomine.

Anno 1707. *Ernestus-Ludovicus* Dux, post Obitum Bernardi Patris, Natu-major, tam suo, quam Fratrum suorum *Friderici-VVilhelmi*, & *Antonii-Ulrici* Saxoniæ Ducum nomine; id quod etiam præstitit Anno 1716.

II.

Ad duos illos Palatinos Principes, quos inter sui Temporis Vasallos Fuldenses connumerat supracitatus Ebirhardus Monachus, quod attinet; hi fuêre *Conradus* Suevus, & *Otto* de *VVitelspach*, prior Palatinus de Rheno, alter de Danubio, uterque sub Friderico I. Imperatore, Factis ingentibus clarus. PALATINI Prob. 6.

Serius deinde occurrit *Rudolphus* Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, qui Anno 1310. Advocatiam Monasterii Sanctimonialium in Hœste, quam ipse, & *Progenitores* sui, hactenus ab Ecclesia Fuldensi tenuerant in Feudum, de consensu *Mechtildis* suæ conjugis resignat in manus Henrici Abbatis, reservata sibi, ut videtur, Jurisdictione in Villa Hœste, & Territorio ejusdem, in cujus alienationem pariter consentiunt *Rupertus* & *Rudolfus* Palatini Duces Anno 1332. his adjungendi fuerant, etiam Saxoniæ Palatini: quos tamen rectius, sub Notiori Landgraviorum Thuringiæ Titulo, hic in sequentibus collocamus. Prob. 18. & 19.

III.

Referunt Annales, quod postquam ineunte sæculo XI. *Hugo* & *Ludovicus* cum *Barba* Comites, Fratres Germani, sedem suam in Thuringiæ partibus fixissent, Hugonem, ob divitias nulli servire voluisse, nisi Fuldensi, & Moguntinensi Principibus, à quibus, vice-versâ, magnis etiam Beneficiis cumulatus fuit: ipsi enim ex parte Fuldensis Ecclesiæ inter alia, mox concessum est Pincernatus Officium quod LANDGR. TURING. Prob. 20.

 Succes-

Successores ejus postmodum Nobili Genti de Schenckevvalt subinfeudarunt, retentis sibi Majoribus Emolumentis exinde provenientibus.

Prob. 6. & 7. Certè quantis jam sub Annum 1160. Bonis Feudalibus abundaverit *Ludovicus* Landgravius, hujus Nominis secundus, satis indicat Scriptor cœvus, dum ait: eum à prædicta Fuldensi Ecclesia plus omnibus habuisse in Beneficiis: hinc mirum non est, si Filio ejus *Ludovico* tertio, absque Liberis defuncto, surrogari instanter aliquando petierit Rex Henricus, nec, tali attractus illecebra, Vasalli Titulum dedignatus sit.

Prob. 22. & 23. II. Pari successu *Hermannus* & *Henricus* Landgravii, in hoc ipso, Prædecessorum suorum Vestigia prosecuti sunt; quandoquidem ille Prædia in Westere, quæ integram Provinciam constituebant, sibi in Feudum acquisiverit, hic verò Exspectativam Generalem, in cunctis Bonis Feudalibus sæpè dictæ Ecclesiæ Fuldensi quomodo vacaturis, obtinuerit, quâ ne diutius abuteretur, dum sibi etiam Jus Patronatûs ubivis arrogabat, ad Innocentium IV. Papam recurrendum fuit: Verum adfuit mox, qui tanto studio collecta iterùm dissiparet, *Albertus* cognomento *degener*; is enim postquam Anno 1270. per Litteras solemniter recognovisset, se inter alia Bona, etiam Civitatem suam Isenach cum universis suis attinentiis tenere ac possidere in Feudum, multa in Odium Filiorum suorum distrahere cœpit, plura distracturus, nisi, rebus aliquantum sopitis, hi Anno 1289. pro majori Cautelâ, unà cum Patre suo simultaneè de novo investiri obtinuissent, quamvis imposterum alius effugio locus illi in hoc datus fuisse videatur.

(Marginal notes: Prob. 24. & 25. — Prob. 27.)

Prob. 28. III. Demum ex Thuringiæ Landgraviis occurrit etiam *Balthasar*, cui Anno 1390. Fridericus Abbas de consensu Capituli sui vendidit Dominium directum Castri Erffa, hac Lege, ut tam ipse quàm Posteri ejus illud deinceps perpetuis Temporibus ab Ecclesia sua Fuldensi susciperent ac haberent in Feudum. Nunc ad Hassiæ Landgravios deflectimus.

IV.

LANDGR. HASSIÆ. Ut multa, sic & præstantia sunt Feuda, quæ jam olim ab Ecclesia Fuldensi constanter tenuêre Hassiæ Landgravii; ex Antiquioribus enim recensentur, Civitas Aldsfelt cum adjuncto sibi Castro Aldenburg, Oppidum & Castrum Spangenberg, Castrum Cygenberg cum attinentiis, Monasterium Heyda &c. His accesserunt, duo insignes Comitatus, Zigenhain, & Nidda, quorum directum Dominium, reservato sibi superiore, contulit ex singulari Gratia Anno 1434. Joannes Abbas *Ludovico* dicto *Pacifico*, Hassiæ Landgravio in Feudum Masculinum, vivente adhuc *Joanne* Comite de *Zigenhain* suæ stirpis ultimo, quo, demùm Anno 1450. absque Liberis defuncto, cessit utile Dominium hujus Feudi Masculini prædicto Landgravio, qui illud etiam mox per Investituræ Renovationem obtinuit à Reinhardo Abbate, tam suo, quam Successorum suorum, Hassiæ Landgraviorum nomine: Contradicentibus frustra Hohenloicis, quorum jus ex Fœmina quæsitum ac deductum, locum habere non poterat in Feudo merè masculino, quemadmodum id etiam postmodum in Comitiis Wormatiensibus decisum fuit. Successerunt in his Feudis

(Marginal notes: Prob. 29. & 30. — Vid. Zigenhain.)

II. Anno

II. Anno 1459. *Ludovicus* Natu-major, Hassiæ Landgravius post obitum Ludovici patris, tam suo, quam Fratrum suorum *Henrici*, *Hermanni*, & *Friderici* nomine.

Ex his *Henricus* Landgravius, moriens Anno 1482. transmisit in minorennem Filium suum *VVilhelmum*, non solum Jus suum in prædicta Feuda, sed & aliud, quod sibi ex obitu Soceri sui *Philippi* Catimelibocensis, & Diezensis Comitis Anno 1479. obtigerat; hinc Mandatarii *Hermanni* Archiepiscopi Coloniensis qui Wilhelmo prædicto Tutor datus fuerat, omnium Feudorum Investituræ Renovationem obtinuerunt, reservata nihilominus repetitione, quam etiam Anno 1490. sæpèdictus Wilhelmus Landgravius postquam annos pubertatis attigisset, personaliter Abbati Fuldensi exhibuit, novasquè desuper Litteras, præstito denique Corporali Juramento accepit. Prob. 31. Vid. Katzenelnbogen. Prob. 32. & 33.

III. Obierat etiam interea Anno 1471. *Ludovicus* Landgravius cognomento *Pius*, cujus Filius *VVilhelmus* dictus *medius*, dum unà cum *VVilhelmo* supradicto, quondam Henrici Landgravii Filio, in Comitiis Wormatiensibus à Rege Maximiliano Anno 1495. Regalia sua susciperet, animadvertit Joannes Abbas, qui tunc præsens aderat, in uno eodemquè Vexillo Hassiaco, etiam adpicta esse Comitatuum Zigenheimensis ac Niddani Insignia, quæ res ne in suum ac Ecclesiæ suæ Fuldensis præjudicium aliquando vergeret, idem Rex, etiam juxta mentem ac Intentionem ipsorum Landgraviorum, solemniter declaravit, utrumque illum Comitatum esse immediatum Imperii Feudum, de quo Investiti Abbates Fuldenses, illud ab antiquo in subfeudum contulisse Comitibus Zigenheimensibus, quorum loco nunc essent ipsi Hassiæ Landgravii: alia insuper Joanni Abbati controversia fuerat cum Wilhelmo illo Juniori, occasione Castri Buchenavv, quæ ibidem, mediante iterum Rege Maximiliano, felicem pariter exitum habuit. Prob. 34. & 35.

IV. Anno 1501. *VVilhelmus* Landgravius, dictus *Medius*, de quo supra, succedens in Feuda & ditiones defuncti Wilhelmi Junioris Landgravii, non nisi obnixis precibus & sub certâ clausulâ investiri se obtinuit de Feudo Massenheim, quod absque consensu & voluntate Domini directi, quondam alienatum, Joannes Abbas revindicare, & ut caducum in Ecclesiæ suæ potestatem redigere decreverat. Prob. 37.

V. Anno 1509. post Obitum VVilhelmi Medii, nata est de Successione controversia, quæ tandem ex sententia Imperii terminata est, & *Philippus* Landgravius ejus Filius, Hæres declaratus, Anno 1511. Feuda sua minorennis, primùm per Tutores, dein pubes, per se ipsum Anno 1528. personaliter suscepit ab Ecclesia Fuldensi, à qua etiam Facultatem obtinuit oppignorandi eodem Anno *Philippo* Comiti de *Solms*, & *Eberhardo* Comiti de *Konigstein*, Castrum suum & Oppidum Nidda, una cum Castro Sturmfels, & eorum attinentiis, salvo in omnibus Jure retractûs, seu reluitionis perpetuæ. Iniit deinde Anno 1539. cum hoc Philippo Joannes Abbas, solemnem quendam contractum, vigore cujus, hic reacquisivit directum Dominium Castri Hune, cessitquè alteri illud quod sibi suæquè Ecclesiæ competebat in cunctis Bonis Feudalibus Nobilium de *Buttlar* in Treisch, & *Georgii* de *Colmatsch*, sic, ut eos hoc Titulo tam ipse Philippus, quàm Posteri ejus, perpetuis Prob. 38. 619. Prob. 39.

perpetuis temporibus, quemadmodum reliqua sua Feuda, tenerent ac possiderent à prædicta Fuldensi Ecclesiâ.

VI. Anno 1568. Præmemorata Feuda per simultaneam Investituram obtinuerunt *VVilhelmus*, *Ludovicus*, *Philippus*, & *Georgius* quondam Philippi Landgravii ex Legitima sua conjuge *Christiana* Saxonica relicti Liberi. Sub quibus accessit Feudum aliud in Echzel & Bingenheim, quod Anno 1572. de consensu Balthasaris Abbatis in eorum favorem alienarunt *Albertus* & *Philippus* Comites de Nassau-Sarbrucken Fratres. Successisse deinde reperiuntur in iisdem Feudis, inter se tandem unanimes. Prob. 40.

Anno 1644. *Georgius*, *Joannes*, & *Fridericus* Senior Landgravii, tum etiam *VVilhelmus-Christophorus*, *Georgius-Christianus*, & *Fridericus* Junior sub Tutela Matris suæ *Margarethæ-Elisabetæ* Landgraviæ Hassiæ: etenim jam Anno 1672. Joannes-Bernardus Abbas, Officii sui ac simul Dignitatis esse crediderat, pro stabilienda hac Concordia inter utramque Domum Hassiacam, sibi nexu Vasallitico adstrictam, preces suas apud Cæsarem interponere, aliorum Principum in hoc Exempla secutus. Prob. 41.

Anno 1652. *VVilhelmus* & *Georgius* Landgravii, Agnati, tam suo, quam reliquorum, suorum respective Fratrum & Agnatorum Nomine: scilicet *Hermanni*, *Friderici*, Senioris, *Friderici* medii, *Ernesti*, *VVilhelmi-Christophori*, *Georgii-Christiani*, & *Friderici* Junioris, Landgraviorum Hassiæ ex his Wilhelmus, vigore certi cujusdam Pacti Successorii cum Domo Hannovica initi, accedente insuper singulari Principis Abbatis Fuldensis benevolentiâ acquisivit Anno 1647. Exspectativam in Bonis plurimis ejusdem Domus, ab Ecclesia Fuldensi in Feudum masculinum descendentibus, quorum etiam Anno 1652. Eventualem investituram tam pro se, quam pro posteris suis masculis Lineæ Cassellensis obtinuit. Prob. 42.

Anno 1663. *Ludovicus* Lineæ Darmstad. tam suo, quam reliquorum respectivè Fratrum & Agnatorum nomine *VVilhelmi*, *Friderici* Senioris, *Ernesti*, *VVilhelmi-Christophori*, *Georgii Christiani*, *Georgii* medii, & *Friderici* Junioris, Landgraviorum Hassiæ, utriusque Lineæ.

Anno 1670. *VVilhelmus* Landgravius tam suo, quam reliquorum respective Agnatorum, & Fratrum suorum nomine: *Ludovici*, *Friderici* Senioris, *Ernesti*, *VVilhelmi-Christophori*, *Georgii-Christiani*, *Georgii* Senioris, *Friderici* Junioris, *Caroli*, *Philippi* & *Georgii* Junioris, Landgraviorum utriusque Lineæ.

Anno 1672. *Carolus* & *Ludovicus* Landgravii Agnati, nec non *Fridericus* Senior, *Ernestus*, *Wilhelmus-Christoph*, *Georgius-Christianus*, *Georgius* Senior, *Fridericus* Junior, *Philippus* & *Georgius* Junior omnes Landgravii utriusque Lineæ.

Anno 1679. *Elisabetha-Dorothea* Landgravia Tutorio nomine pro Filio suo primogenito *Ernesto-Ludovico* ac dein *Carolus* Landgravius tam suo, quam suorum respective Agnatorum, Fratrum, ac Filiorum nomine scilicet: *Friderici* Senioris, *Ernesti*, *Wilhelmi-Christophori*, *Friderici* medii, *Philippi* Senioris, *Georgii*, *Philippi* Junioris, *Henrici* & *Friderici* Junioris Landgraviorum Hassiæ, utriusque Lineæ.

Anno

Anno 1701. *Carolus* & *Ernestus Ludovicus* Landgravii tam suo, quam suorum respectivè Agnatorum nomine. *Friderici* Senioris, *Wilhelmi*, *Caroli*, *Philippi* Senioris, *Georgii*, *Philippi* Junioris, *Henrici* & *Friderici* Junioris, Landgraviorum Hassiæ.

Anno 1715. *Ernestus-Ludovicus*, & *Carolus* Landgravii tam suo, quam suorum respectivè Agnatorum nomine *Wilhelmi* Senioris, *Philippi* Senioris, *Philippi* Junioris, *Friderici-Jacobi*, *Henrici-Christiani*, *Casimiri-Wilhelmi* & *Ludovici-Georgii* Landgraviorum Hassiæ, Lineæ utriusque Cassellanæ & Darmstadiensis.

V.

Ex Illustri Hennebergiorum Prosapiâ, quæ ineunte Sæculo XIV. inter Imperii Principes Locum obtinuit, nunc penitùs extinctâ, Originem suam aliquando traxisse videtur Comes ille *Poppo*, qui Anno 839. ex Vasallo Regio, Vasallus Ecclesiæ Fuldensis effectus est: hunc in eadem qualitate proximè secuti sunt *Godeboldus*, & *Bertholdus* seu *Pertolfus* Comites de *Henneberg* quorum prior Anno 1128. Villam Sandez, alter Anno 1152. Dominicale in Hocheim cum Vineis, Nemoribus, aliisque appenditiis suis in Feudum habuêre: at Longe plura *Rapoto* Comes, prædicti Bertholdi Filius, cujus in duobus Locis meminit Ebirhardus Fuldensis Monachus circa Annum 1160. fuitque Cyriaco Spangenberg planè ignotus; quo Teste discimus nihilominus *Popponem* hujus nominis XII. Comitem de *Henneberg*, dum Parentum suorum Pietatem imitatur, Fundos suos Feudales in Trostat, Sichart, Grimelshausen, & Dingsleiba donasse Anno 1181. Cœnobio in Wessera, assignatis Ecclesiæ Fuldensi in Restaurum seu compensam eorundem, aliis proprietatis suæ Prædiis in Munerstat, Hengsdorff, Nevvbrun, & Helmesdorff.

HENNEBERG. Corp. Trad. Fuld. n. 444. 627. Prob. 43. & 63. Chron. Henneberg.

II. Anno 1232. *Poppo* XIII. Comes de *Henneberg* vigore amicabilis Compositionis cum Conrado III. Fuld. Abbate innitæ, obtinuit sibi suisque Liberis in Feudum dari medietatem villæ, & reddituum in Herff. his accessit postmodum Advocatia in Milz, quam Henricus V. Abbas sibi Anno 1290. ab *Hermanno* & *Henrico* Comitibus de *Orlamunde* ultrò resignatam, contulit *Henrico* Comiti de *Henneberg*, in cujus posteris Feudum hoc singulari Titulo perdurasse reperitur, usque dum cum reliquis confusum, transiit in Domum Saxonicam.

Prob. 64. 65. Vid. Orlamunde & Mansfelt. Prob. 74.

III. Anno 1303. acquisivit idem qui supra Henricus Abbas *Bertoldum* Comitem de *Henneberg*, (à quo Bona quædam tam Feudalia, quam Allodialia comparaverat, Anno 1300.) in Castrensem suum Hæreditarium Arcis Rockenstule, eidemque donavit pro Castrensi Feudo suis sumptibus & expensis in perpetuum ibidem deserviendo CL. Libras denariorum Fuldensium; Obtulit is postmodum Anno 1320. duas proprietatis suæ Villas Bettenhausen & Seba, ab Ecclesia Fuldensi imposterum Titulo Feudali tenendas & possidendas; quemadmodum Filius ejus *Henricus* Comes, Anno 1325. Munitionem suam in Fuchstat juxta Hamelburg eidem Ecclesiæ Fuldensi transcripsit, & ab ea Anno 1329. in Castrensem Hæreditarium Castri Saleck acquisitus est, pro summa Quingentarum Librarum Hallens.

Prob. 66. 67. 68. Prob. 69. 70.

IV. Simili modo in Castrensem Hæreditarium jam dicti Castri Saleck acquisitus

Prob. 71. 73.

situs est Anno 1351. *Hermannus* Comes de *Henneberg*, sed longe leviori pretio quandoquidem se pro Castrensi Feudo ducentas hujusmodi Libras accepisse Testatur, quas reassignat super Fundo suo proprio in Beringen.

Prob. 76. & 77. V. Denique in Compensam Feudi Masculini IV. Hubarum in Neubrun, quod Anno 1490. Joannes Abbas contulerat *Wilhelmo* Comiti de *Henneberg*, ea lege, ut de illo subinfeudaret Nobiles de Kolhausen, transcripsit idem Wilhelmus Comes Ecclesiæ Fuldensi certos proprietatis suæ Redditus in Neubrun, ab eadem imposterum perpetuo tenendos & possidendos, Titulo, quo antea, Feudali.

VI.

NASSAU-SARBRUCK seu SARÆPONTI. Prob. 102. 103. & 104. Præter Feudum, quod hæc Serenissima Domus jamdudum tenuit ac possedit ab Ecclesia Fuldensi in Echzelle, aliud ipsi fuerat in Jurisdictione dictâ Gambecher-Gericht, quod ultimum de Consensu expresso Joannis Abbatis, transtulit Anno 1417. *Philippus* Comes de *Nassau-Sarbruck* in *Wernherum* Archiepiscopum Trevirensem, à quo vice versâ per viam commutationis recepit Medietatem Villæ Richelsheim cum Advocatiâ ibidem &c. de quo novo Feudo simul cum Veteri investitus idem Philippus Comes, illud more majorum, notantèr *Joannis* Comitis de *Nassau*, transmisit in Posteros suos, qui Investituræ renovationem obtinuerunt hoc Ordine.

Prob. 105. 106. 107. Anno 1423. *Philippus* Comes de *Nassau*.

Anno 1430. *Johannes* Comes de *Nassau*.

Anno 1441. *Philippus* Comes de *Nassau*, qui eodem Anno acquisivit ab *Hermanno Levv* de *Steinfurt* Curtem in Bingenheim, Titulo Feudali possidendam eodem quo reliqua.

Anno 1486. *Philippus* Comes de *Nassau*.

Anno 1495. *Ludovicus* Comes de *Nassau*.

Anno 1540. *Philippus* Comes de *Nassau*.

Anno 1561. *Albertus* & *Philippus* Comites de *Nassau* quondam Philippi Comitis præcedentis Filii; qui ambo de consensu Abbatis Fuld. alienarunt Anno 1572. Feuda sua in Echzelle & Bingenheim in favorem Hassiæ Landgravii, reservatis Bonis Feudalibus in Richelsheim, in quæ succedunt (Prob. 40.)

Anno 1595. *Philippus* Comes, qui suprà, simultaneè cum relictis ex Fratre suo Alberto Liberis, *Ludovico*, *Wilhelmo* & *Joanne-Casimiro*. Comitibus de *Nassau*.

Anno 1603. *Ludovicus* Comes de *Nassau*.

Anno 1629. *Wilhelmus* Comes de *Nassau* tam suo, quam Fratrum suorum *Joannis*, *Ernesti Casimiri*, & *Ottonis* Comitum nomine.

Anno 1648. *Joannes*, & *Ernestus-Casimirus*, nec non *Joannes-Ludovicus*, *Gustavus-Adolphus*, & *Volradus* omnes respectivè Fratres & Agnati Comites de *Nassau*.

Anno 1671. *Joannes* Comes, idem qui supra, tam suo quam Agnatorum suorum *Joannis-Ludovici*, *Gustavi-Adolfi*, *Volradi*, & *Friderici* Comitum *Nassoviæ* nomine.

Anno

Anno 1692. *Volradus* Princeps *Nassoviæ*, Comes *Saræponti*, qui veterem hanc Principalis dignitatis prærogativam in Lineam suam iterum feliciter reduxit, ei successit.

Anno 1704. *Fridericus-Ludovicus* Princeps *Nassoviæ* &c. Investituræque renovationem obtinuit Anno 1716.

V I I.

I. Domus Schvvarzburgica, hodie Principalibus annumerata, non exigui valoris Feuda ab Ecclesia Fuldensi reportavit, siquidem SCHWARZBURG.

II. Anno 1310. *Henricum* Comitem de *Schvvarzburg* acquisivit Henricus V. Fuldensis Abbas in Castrensem suum Hæreditarium, assignatis eidem pro Castrensi Feudo, deserviendo in Arce Frankenstein, aut in quavis aliâ, Ducentis Quinquaginta Libris Hallens. Sic, postmodum pro Ducentis hujusmodi Libris acquisitus fuit in Castrensem Hæreditarium Arcis Salzungen *Guntherus* Comes de *Schvvartzburg* Anno 1353. qui vice-versâ obtulit Ecclesiæ Fuldensi medietatem Oppidi sui Almena, ab eadem Ecclesia imposterum tenendam & possidendam Titulo Castrensis Feudi prædicti. Prob. 119, 120.

III. Anno 1384. *Joannes* Comes de *Schvvartzburg* de consensu Conjugis suæ *Richezzæ*, ac Filii sui *Guntheri* Comitis, alienat in favorem Nobilium de *Bibra* medietatem Oppidi Theymar, quam unà cum medietate Decimæ ibidem, tenebat ab Ecclesiâ Fuldensi prædictâ in Feudum, reservato sibi nihilominus in hoc Contractu, Jure reluitionis, quo an unquàm usus fuerit, incompertum est: Notiora sunt ea quæ sequuntur. Prob. 121.

IV. Anno 1418. *Henricus* Comes de *Schvvartzburg*, Villas Majorem-Somerde, & Schalkeburg, quæ unà cum attinentiis similiter in Feudum descendebant ab Ecclesia Fuldensi, alienavit in Favorem Civitatis Erfordiensis de consensu expresso Joannis Abbatis, cui in restaurum eorundem Bonorum Feudalium assignavit de proprietatibus suis Castrum & Villam Almenhusen, utrumque unà cum Villa Abtisbissingen ab ipso & Ecclesia sua sæpedicta deinceps perpetuis Temporibus tenendum & possidendum in Feudum Masculinum, de quo Castro postquam deinde etiam subinfeudati fuissent eodem titulo Nobiles de *Slatheim*, stetit nihilominus firma Schvvartzburgiorum Conditio præscripta, qui perpetuo Nexu Vasallitico adstricti, Investituræ renovationem constanter petierunt, obtinueruntque hoc Ordine, qui Rittershusianam Tabulam Genealogicam aliquoties erroris arguit. Vid. Honstein. Prob. 122. Vid. Erford. Prob. 124.

Anno 1447. *Henricus* Comes de *Schvvartzburg* Henrici præcedentis Filius.

Anno 1489. *Guntherus* Comes de *Schvvartzburg* tam suo, quàm *Guntheri* Fratris, & *Henrici* Agnati, Comitum de *Schvvartzburg* nomine.

Anno 1541. *Guntherus* Comes de *Schvvartzburg*.

Anno 1553. *Guntherus*, *Joannes-Guntherus*, *Wilhelmus* & *Albertus* Comites de *Schvvartzburg* Fratres, post Obitum Guntheri Patris.

Anno 1588. *Wilhelmus* & *Albertus* Fratres, Comites de *Schvvartzburg*, nec non *Guntherus*, *Antonius-Henricus*, *Joannes-Guntherus*, & *Christianus-Guntherus*,

rus, quondam Joannis Guntheri Comitis de *Schvvartzburg* relicti minorennes Liberi, sub Tutela *Joannis* & *Antonii*, Comitum de *Oldenburg*.

Anno 1668. *Ludovicus-Guntherus*; nec non *Antonius-Guntherus*, & *Joannes-Guntherus*, tum *Albertus Antonius*, ac denique *Christianus-Wilhelmus*, omnes respectivè Fratres & Agnati Comites de *Schvvartzburg* & *Honstein*.

Anno 1672. *Ludovicus-Guntherus*, *Albertus Antonius*, *Christianus-Wilhelmus*, & *Antonius-Guntherus*, Comites de *Schvvartzburg*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1701. *Christianus-Wilhelmus*, Princeps *Schvvartzburgicus*, Comes de *Honstein*, simultaneè cum *Alberto-Antonio*, & *Antonio-Gunthero* Agnatis.

Anno 1712. *Antonius-Guntherus*, & *Ludovicus-Fridericus*, Principes de *Schvvartzburg*.

Anno 1715. *Christianus Wilhelmus*, Princeps de *Schvvartzburg*, simultaneè cum *Antonio-Gunthero*, & *Ludovico-Friderico*, Agnatis.

Anno 1718. *Christianus Wilhelmus*, & *Ludovicus-Fridericus*, tum *Christianus-Wilhelmus*, & *Fridericus-Antonius*, Principes de *Schvvartzburg* Agnati.

Anno 1722. *Guntherus*, & *Fridericus-Antonius*, Principes de *Schvvartzburg* Agnati.

VIII.

LOEVVENSTEIN ROCHEFORT. Prob. 100.

Ludovicus Comes de *Lævvenstein*, & *Wertheim*, tanquam Tutor Legitimus Filiorum suorum *Christophori-Ludovici*, *Ludovici-Friderici*, *Wolffgangi Ernesti* & *Joannis-Theodorici* ex Conjuge sua *Anna* quondam *Ludovici* Comitis de *Stolberg* Filiâ, Investitur Anno 1606 de portione Castrorum seu Dominiorum Bruberg & Remlingen, &c. quod Feudum ex illorum avo materno processerat. Ex his quatuor Comitibus, postquam aliquando superstites remansissent *Christophorus-Ludovicus*, & *Joannes Theodoricus* duas inter se constituerunt Lineas, prior *Virneburgicam*, alter *Rupifortiam*, de qua, utpote Dignitate Principali hodie conspicua, hic agimus, alteram suo loco daturi.


Successit itaque Anno 1637. in portionem suam prædicti Feudi *Ioannes-Theodoricus* Comes de *Lævvenstein*, Wertheim, Rochefort &c. à quo, post obitum ejus transiit Anno 1645. ad Filios suos *Ferdinandum-Carolum*, & *Ioannem-Theodoricum* Comites de *Lovvenstein* &c.


Anno 1679. post obitum *Ferdinandi-Caroli* prædicti, Investituræ renovationem obtinuerunt ejus relicti Liberi *Maximilianus-Carolus*, *Philippus-Eberhardus*, *Franciscus-Leopoldus*, *Ferdinandus-Hermannus*, *Ioannes-Ernestus* & *VVilhelmus* Comites de *Lovvenstein*. Tum iterum

Anno 1716. *Maximilianus-Carolus* Princeps de *Lovvenstein* &c. simultaneè cum Fratribus suis *Philippo Eberhardo* Principe Abbate Morbacensi, & *Ioanne-Ernesto* Principe Abbate Stabulensi.

Anno 1719. *Dominicus-Marquardus* Princeps de *Lævvenstein* post Obitum Patris sui Maximiliani-Caroli.

MAR-


Com. Beuchlingen.
Com. Bentheim.
Com Botenlobe.
Mar. Burgaw.
Com. Castel.
Com. Eberstein.
Com. Erbach.
Com. Hanau.
Com. HardecK.
Com. Henneberg.
Com. Hohenloe.
Com. Honstein.
Com. Isenburg Büdingen.
C. Isenburg Grensau.
Catzenelnbogen.
Com. Kirchberg.
Com. Lowenstein. Wirneburg.
Com. Mansfelt.
Mar. Misnens.
Com. Nidda.
Com. Orlamünde
Com. Oetingen.
Com. Reineck.
Com. Schönborn.
Com. Solms.
Com. Stolberg.
Com. Trudingen.
Com. Tulli.
Com. Waldeck.
Com. Wertheim.
Com. Wied
Com. Wisnaw.
Com Ziegenheim.


Com. Eberstein.
Mar. Burgaw.
Com. Honstein.
Com. Henneberg.
Com. Hanaw
Com. Mansfelt.
Com. Lowenstein.
Com. Oetingen.
Com. Wertheim.

MARCHIONES.

Principibus proximè accedunt, iisque olim etiam connumerati fuêre, Marchiones, qui nihilominùs interdùm etiam Comites dicebantur: horum aliquos ex antiquioribus Levi pennâ obscurè satis retulit Eberhardus Monachus in Indiculum illum, quem de Vasallis Ecclesiæ suæ Fuldensis confecit, circa annum 1160. ubi Prob. 6.

I. Marchio *Adalbertus*, qui non solùm suum, sed & aliorum Principum Beneficia obtinuisse dicitur; haud dubiè idem erit cum illius Temporis *Adalberto Urso*, Illustri Marchione Brandenburgensi. Ibid.

II. *Otto* Marchio *in Orientali Saxonia*, erit is *Otto* cognomento *Dives*, Marchio *Misnensis* & *Lusacensis*, qui Anno 1175. Monasterii Portæ-Cœli, haud procùl Naumburgo Fundator exstitit. Ibid.

III. Quis autem *Dipoldus* seu *Theobaldus* Marchio ille fuerit, cujus Feuda Friderieus I. Imperator sibi dudum acquisiverat; necdum indagare potui: nisi forsitan is foret, de quo in Append. ad Chron. Sigeberti tale legitur Epicidion. Anno 1151. *Obiit nobilis & Religiosus Princeps*, *& pauperum Pater Comes* THEOBALDUS. Ibid.

IV. His addimus aliunde *Henricum* Marchionem *Misnensem* qui Obiens Anno 1268. universa Feuda sua, quæ ab Ecclesia Fuldensi possidebat, transmisit in Filium suum *Albertum* Thuringiæ Landgravium, cognomento *degenerem*, de quibus is postmodum simultanèe cum Filiis suis investiri petiit. Prob. 25.

V. Denique, Marchionem *Henricum* de *Burgovve* suæ stirpis ultimum, hic etiam merito recensemus, quandoquidem, Fundos & Homines illos Feudales, qui post mortem ejus, Ecclesiæ Fuldensi, Titulo caducitatis, fuerant, aperti, obtinuit postmodum Augustissima Domus Austriaca, in Feudum. Vid. suprà & Prob. 8. & 9.

COMITES.

Inter Comites, quos Ecclesiæ Fuldensi jam olim nexu Vasallitico adstrictos fuisse constat, antiquiores sunt *Poppo*, & *Sigihardus*, quorum mentio fit in Chartis Anno 835. & 856. Occurrunt deinde sæculo XI. *Sigebodo*, *Dammo*, *Gozuvin*, &c. ac demum sæculo XII. expressius quidem, sed itidem perspicuè minus: *Ludovicus* Comes de *Lara*, *Hermannus* Comes de *Bramberg*, *Emicho* Comes de *Liningen*, *Ervvinus* Comes de *Turing*, aliique, eos enim, dum longo satis ordine recensuit scriptor coævus, addere etiam potuisset, quot quisque Bonorum Feudalium possidebat: ad lucidiora itaque progredimur. Corp. Trad. Fuld. n. 444. 475. 609. Prob. 43.

BEICHLINGEN.

Joannes Comes de *Beichlingen* Investitur Anno 1507. de Feudo suo, scilicet majori ac minori Selhem una cum Jurisdictione ac Advocatia, aliisque prædiis in Schonbach &c. id quod Feudum transiit Anno 1524. per Filiam suam *Idam*, in Gen- Vid. Radenhausen.

Gentem Nobilem de *Radenhausen* de expresso consensu ac speciali benevolentiâ Abbatis Fuldensis.

BENTHEM.

Prob. 44. & 45. *Arnoldo* Comiti de *Benthem* contulit Anno 1464. Reinhardus Abbas in Feudum, omne jus quod tam in Curte, quam in Ecclesia Stapdetten universisque Bonis, eisdem attinentibus, Ecclesiæ Fuldensi, cui hæc omnia Longo tempore aperta fuerant, competebat: successit postmodum in iisdem

Anno 1480. *Evvervvinus* Comes de *Benthem*.

BOTENLOUBEN.

Prob. 46. *Otto* Comes de *Botenlouben* de consensu Cunonis Abbatis Fuld. donat Anno 1219. Monasterio Bildhausen Ord. Cister. Prædium suum in minori Wengheim, quod hactenus tenuerat in Feudum à prædicto Abbate & Ecclesia sua Fuldensi, quibus assignat in restaurum Bona proprietatis suæ in Grasatelle Jure Feudali ab iisdem imposterum suscipienda & possidenda.

CASTEL.

Prob. 47. *VVolffgangus* Comes in *Castel*. Provasallus Conjugis suæ *Marthæ* natæ Comitissæ de *VVertheim* Investitur de Feudo Remlingen, quod huic ex obitu *Michaelis* Senioris Comitis de Wertheim ejus Patris obtigerat Anno 1531. succedunt in eodem Feudo.

Anno 1559. *Conradus*, *Henricus*, & *Georgius* Comites in *Castel* Fratres, Wolfgangi præcedentis Filii.

Anno 1596. *Georgius* Comes de *Castel* solus ex Fratribus superstes, Investituræ renovationem obtinet.

Anno 1598. *VVolfgangus* & *Godefridus* Comites de *Castel* Fratres, succedunt Georgio Parenti suo.

Anno 1636. *Georgius-Fridericus* & *VVolfgangus-Georgius* Comites de *Castel* Agnati.

Anno 1658. *VVolfgangus-Georgius*, Comes de *Castel*, nec non *Philippus-Godefridus*, *Fridericus-Ludovicus*, *Henricus-Albertus* & *Eberhardus* quondam *Georg-Friderici* Comites de *Castel* relicti minorennes Liberi, sub Tutela *Henrici-Friderici* Comitis ab Hohenloe.

Anno 1669. *VVolfgangus-Theodorus*, *Fridericus-Magnus* & *Eberhardus-Fridericus* Comites de *Castel*, quondam Wolffgangi-Georgii relicti Liberi.

Anno 1671. *Philippus-Theodorus*, *Philippus-Godefridus*, *Fridericus-Ludovicus*, *Henricus-Albertus*, *Fridericus-Magnus*, *Eberhardus* & *Eberhardus-Fridericus* omnes respectivè Fratres & Agnati, Comites de *Castel*.

Anno 1678. *VVolfgangus-Theodorus*, *Philippus-Godefridus*, *Fridericus-Ludovicus*, *Fridericus-Magnus* respectivè Fratres & Agnati, Comites de *Castel*.

Anno 1682. *Ioannes-Fridericus* quondam Philippi-Godefridi Comitis de *Castel* relictus minorennis Filius, sub Tutela *Volradi* Dynastæ de *Limpurg*, & *Alberti-Friderici* Comitis de *VVolffstein*.

Anno 1701. *VVolfgangus-Theodorus*, & *Fridericus-Magnus* Comites de *Castel* simultaneè cum Agnato suo prædicto *Ioanne-Friderico*.

Anno 1710. *Carolus-Fridericus-Gotlieb* Comes de *Castel*, nec non *VVolfgangus-Georgius*, *Augustus-Franciscus-Fridericus*, & *Ludovicus-Fridericus* quondam Wolfgangi-Theodori Comitis de *Castel* relicti minorennes Liberi, sub Tutela Matris suæ *Dorotheæ-Renatæ* de *Castel* natæ Comitissæ de *Zinzendorff*, & *Friderici Eberhardi* Comitis ab *Hohenloe*.

Anno 1715. *Fridericus-Magnus*, *Ioannes-Fridericus*, *Carolus-Fridericus-Gotlieb*, *VVolfgangus-Georgius*, *Augustus Franciscus-Fridericus*, & *Ludovicus-Fridericus* omnes nati Comites in *Castel* respectivè Fratres & Agnati.

EBERSTEIN.

Ad Illustrem hanc Prosapiam Comitum de Eberstein, nunc extinctam, spectasse olim censemus *Bopponem* illum de *Eberstein* in cujus favorem *Elisabetha* relicta quondam *Godefridi* de *Hohenloe* refutavit Anno 1306. Villam Oettingen, quam cum universis suis Juribus ac pertinentiis tenebat ab Ecclesia Fuldensi in Feudum: in quod etiam consensit Henricus Abbas, hac lege, ut, si prædictus Boppo, ejusque conjux *Guda*, sine Liberis legitimis, vel de se communiter, vel de eorum altero, post mortem alterius eorundem ad secundas Nuptias convolante, procreatis, decessissent, Villa Oettingen seu Othingen tanquam possessore vacua ad Ecclesiam Fuldensem cum Attinentiis suis reverteretur: certè Feudum hoc magni valoris fuisse, vel ex hoc colligimus, quod prædicta Guda sibi in eodem reservaverit, etiam in omnem eventum, Libras trecentas. Prob. 78.

ERBACH sive ERPACH.

Plurima huic Nobilissimæ Genti fuêre Feuda, quorum omnium antiquissima, in Breuberg, Clingen &c. sita *Henricus*, Dynasta in *Erpach* jam Anno 1380. tanquam Paterna, tenuit ac possedit ab Ecclesiâ Fuldensi, in quæ etiam postmodum Anno scilicet 1452. successisse reperitur *Philippus* de *Erbach*. Prob. 53.

II. Aliud deinde Feudum obtigit insuper *Erasmo* Dynastæ de *Erbach*: Nimirum, Jus Patronatûs in Hoffheim cum attinentibus Prædiis, vacans Anno 1484. per obitum proximioris Agnati sui *Conradi* de *Bickenbach*, de quo Feudo postquam Anno 1514. *Eberhardus* Pincerna ab *Erbach*, Erasmi quondam Agnatus, pariter fuisset investitus, attulit eidem Conjux ejus *Maria* quondam *Michaelis* Senioris Comitis de *VVertheim* Filia, Dominium Breuberg, in cujus possessionem, tanquam dictæ Conjugis suæ Provasallus, etiam immissus fuit Anno 1531. Comitis Titulum mox præ se ferens. Utraque Feuda hæc, quorum prius est masculinum hæreditarium, alterum promiscuum, obtinuerunt per Investituræ renovationem eorum posteri, hoc ordine: Prob. 54. Prob. 55.

Anno 1559. *Georgius*, *Eberhardus*, & *Valentinus*, Fratres, Comites, ac Pincernæ ab *Erbach*.

Anno 1569. *Georgius* Senior, & *Georgius* Junior Comites ab *Erbach* & Domini in *Breuberg*, Agnati.

Anno 1571. *Georgius* Junior, Comes ab *Erbach* &c. solus superstes.

Anno 1605. *Fridericus-Magnus*, *Ludovicus*, *Joannes-Casimirus* & *Georgius-Albertus* Fratres, Comites ab Erbach; præcedentis Filii.

Anno 1643. *Georgius-Albertus* Comes ab *Erbach* solus ex Fratribus superstes, quo obeunte

Anno 1656. *Georgius-Ernestus* & tres minorennes Fratres sui *Georgius-Ludovicus*, *Georgius*, & *Georgius-Albertus* Comites ab *Erbach*.

Anno 1670. *Georgius-Ludovicus*, *Georgius*, & *Georgius-Albertus* Comites ab *Erbach* post obitum Georgii-Ernesti Fratris.

Anno 1678. *Georgius-Ludovicus* & *Georgius-Albertus* Comites ab *Erbach* Fratres.

Anno 1694. *Georgius-Albertus*, & *Philippus-Ludovicus* Comites ab *Erbach* Agnati.

Anno 1701. *Georgius-Albertus*, *Philippus-Ludovicus*, & *Fridericus-Carolus* Comites ab *Erbach* Agnati. Qui etiam Anno 1715. Investituræ renovationem impetrarunt.

Anno 1718. *Philippus-Ludovicus*, *Philippus-Carolus*, *Georgius-Wilhelmus* & *Georgius Augustus* Comites ab *Erbach* Agnati.

Anno 1721. *Philippus-Carolus*, *Georgius-Wilhelmus* & *Georgius Augustus* Fratres, Comites ab *Erbach* simultaneè una cum eorum Agnato *Friderico-Carolo*, Comite ab *Erbach*.

GLEICHENSTEIN.

Ex hac Illustri Familia, nunc penitùs extinctâ, cujus sedes quondam in Eisfeldia, haud procul ab Oppido Mulhausen fuerat, originem suam duxit *Henricus* Comes de *Gleichenstein*, qui præter Jus Patronatûs in Ammera, etiam Bona plurima ibidem tenebat ac possidebat in Feudum ab Ecclesia Fuldensi: ea postmodum Anno 1256. & 1270. sibi ab Abbatibus Fuldensibus appropriari obtinuit Monasterium Rifenstein Ord. Cister. mediante annuo censu aliquot Librarum ceræ. Prob. 56. 57.

HANAU.

Feuda masculina, quæ jam Anno 1273. hæc Illustrissima Domus ab Ecclesia Fuldensi, obtinuisse reperitur, fuêre, prout etiam nunc sunt; Steina Castrum & Oppidum, cum Primissariatû in Ecclesia parochiali ibidem &c. Villa Treysa cum attinentiis, census aliquot in Richelsheim, &c. quibus omnibus accensebantur Decimæ in Treysa, Grunningen, & Dorfgulle, sed prior harum concessa est Nobilibus de Mauschenheim in Sub-Feudum, reliquas duas alienavit Anno 1321. *Ulricus* ab *Hanau*, qui mox in earundem restaurum seu compensam assignavit Ecclesiæ Fuldensi reditus Annuos XIIII. modiorum Siliginis de proprietatibus suis juxta Omestat, Jure Feudali imposterum tenendos & possidendos: Successerunt autem in cunctis suprascriptis Bonis Feudalibus, præter hunc Ulricum prædictum, ejus posteri hoc ordine: Prob. 409. & 58.

Anno

Anno 1397. *Ulricus* ab *Hanau*, qui Fratribus suis *Reinhardo* & *Joanni* ab *Hanau* reconciliatus, in eorum favorem, non solum integrum rerum dominium abs se abdicavit, sed & insuper Feuda sua, de quibus eos Anno 1404. ab Abbate Fuldensi investiri obtinuit; quæ notitia Ritershusium, aliosque Genealogistas hactenus latuit. Prob. 60.

Occurrit deinde ad Annum 1450. *Reinhardus* Comes ab *Hanau* dictus Junior, Prob. 61. quo obeunte, successit Frater ejus *Philippus* Comes ab *Hanau* Anno 1452. uterque Lineæ singularis conditor: hic *Lichtenbergicæ* alter *Minzenbergicæ*, de quâ, nunc potissimùm agimus, utpotè cui primitus Feuda Fuldensia in sortem obtigêre, hoc successionis ordine.

Anno 1452. post obitum *Reinhardi* Comitis ab *Hanau*, Domini in *Minzenberg*, tam Frater ejus *Philippus* Comes, quam & Filius ejus *Philippus*, in eadem Feuda per novam ac simultaneam Investituram admissi sunt, donec ea ad Philippum hunc, Reinhardi Minzenbergici, ut diximus, Filium, ex integro pervenerunt; successit itaque in iisdem Prob. 61.

Anno 1507. *Reinhardus* Comes ab *Hanau*, Dominus in *Minzenberg*, post obitum Philippi Minzenbergici Patris sui.

Anno 1513. *Philippus* & *Reinhardus* Comites ab *Hanau* Domini in *Minzenberg*, Reinhardi præcedentis relicti minorennes Liberi, sub Tutela *Nassoviæ*, Vianden & Diezæ Comitis; qui majorennes facti postmodùm Anno 1525. Investituræ renovationem impetrarunt. Prob. 62.

Anno 1563. *Philippus-Ludovicus* Comes ab *Hanau* Dominus in *Minzenberg*, Philippi Comitis relictus minorennis Filius, sub Tutela *Philippi* Comitis ab *Hanau* Lineæ Lichtenbergicæ, & *Joannis* Comitis de *Nassau* Catimelibocensis.

Anno 1589. *Philippus-Ludovicus*, & *Albertus* Comites ab *Hanau* Domini in *Minzenberg* Philippi-Ludovici præcedentis Comitis, relicti pariter minorennes Liberi sub eadem Tutela, ut supra.

Anno 1614. *Albertus* Comes ab *Hanau*, Dominus in *Minzenberg*; nec non relicti ex Fratre suo Philippo-Ludovico minorennes Liberi sub Tutela eorum Matris *Catharinæ* Belgicæ, *Wilhelmi*, Principis *Arausionensis*, Filiæ: nimirum *Philippus-Mauritius*, *Wilhelmus-Reinhardus*, *Henricus-Ludovicus*, *Fridericus-Ludovicus*, & *Jacobus-Ioannes* Comites ab *Hanau*, Domini in *Minzenberg*, qui omnes simultaneè Investituræ renovationem obtinuerunt Anno 1623.

Anno 1637. *Philippus-Mauritius* Comes ab *Hanau*, Dominus in *Minzenberg*, solus ex tot Fratribus superstes; succedit unà cum Agnato suo *Ioanne Ernestô* quondam Alberti Comitis supradicti Filio; denique

Anno 1639. *Ioannes-Ernestus* Comes ab *Hanau*, Dominus in *Minzenberg*, de quo mox egimus: nec non *Philippus-Ludovicus* relictus minorennis Filius Philippi-Mauritii Comitis, sub Tutela Matris suæ *Sibyllæ-Christinæ* Anhaltinæ. Horum uterque decessit improlis, nec alter alteri diu supervixit, hinc Annò 1642. extinctâ Lineâ Minzenbergica, Hermannus-Georgius Abbas Fuldensis, Feuda, à primo acquirente, Lineæ scilicet illius Minzenbergicæ, orta, ut aperta, ac possessore vacua apprehendit, & ad Ecclesiam suam spectare contendit, adversùs Comites ab *Hanau* Lineæ Lichtenbergensis, non obstante pacto illo successorio (insciâ Fuldensi Ecclesiâ) inter utramq; Lineam jam ab Anno 1610. inito; Verum post longam contentionem *Georgius*

de *Fleckenstein* Baro à *Dachstul*, tanquam legitimus tutor *Friderici-Casimiri*, *Joannis-Philippi*, & *Ioannis-Reinhardi* minorennium Comitum ab *Hanau* Lineæ *Lichtenbergicæ* in tantum effecit, ut, pacis ac bonæ viciniæ intuitu, idem Abbas, consentiente in hoc Capitulo suo, tandem juri supra allegato cesserit, ex mera gratia & prædictos Comites de Feudis Minzenbergicis (juxta amicabilem Conventionem in Arce sua Neuhof, Anno 1643. ad diem I. Septembris conclusam) investierit; cujus Investituræ renovationem iidem Comites, majorennes postmodum effecti, per se ipsos obtinuerunt anno 1649. quemadmodum

Anno 1671. *Fridericus-Casimirus* Comes ab *Hanau* Lineæ Lichtenbergicæ tam suo, quàm Agnatorum suorum *Philippi-Reinhardi*, & *Ioannis-Reinhardi*, Comitum ab *Hanau* ejusdem Lineæ, nomine: ex quibus solus hodie superstes *Ioannes-Reinhardus* Comes ab *Hanau* &c. Investituræ suæ renovationem impetravit Annis 1714. & 1715.

HARDEGK.

Prob. 101. *Michaeli* Comiti de *Hardegk*, Burggravio in Magdeburg, contulit Anno 1444. in Feudum Hermannus Abbas Fuld. Bona ac prædia quædam in Weteravia sita.

HOHENLOE.

Quam antiqui Ecclesiæ Fuldensis Vasalli quondam fuerint Excellentissimi Comites ab Hohenloe, vel ex iis, quæ supersunt, *Thomæ* Comitis de *Rineck* litteris colligi potest, ubi is mentionem facit de Exspectativâ sibi jam Anno 1290. concessa in Feudis *Conradi* & *Godefridi* ab *Hohenloe*, quæ postmodum ad LUDOVICI IV. Imperatoris Filios pervenerunt. (Prob. 115. & 10.)

II. Alia nihilominus, eaque magni valoris Feuda, adhæsisse huic nobilissimæ Prosapiæ, testatur, præter *Elisabetham*, Godefridi ab *Hohenloe* prædicti viduam, (de qua superius jam egimus) *Crafto* seu *Crato* ab *Hohenloe*, qui postquam de Castris & Oppidis Meckmul & Rottingen, nec non de Villis Retersheim, Nevvbrun, Oberndorff, & Stondorff ab Henrico Abbate Fuld. fuisset investitus, mox Anno 1345. de ejusdem Consensu, alienans ex his castrum & Oppidum Rottingen, obtulit Ecclesiæ Fuldensi in compensam, de Bonis suis propriis, Castrum & Oppidum Weickersheim cum attinentiis universis, Jure ac Titulo Feudali, simul cum reliquis, imposterum ab eâdem prædictâ Ecclesiâ tenenda ac possidenda. (Prob. 78. Vid. Eberstein. Prob. 79. & 80. Prob. 81.)

HONSTEIN.

Prob. 82. Habuerat *Henricus* Comes de *Honstein* Junior, ab Ecclesia Fuldensi in Feudum, operas, seu servitia in Majori-Somerde, ter sibi quotannis debita, ratione totidem Principalium Placitorum, seu Judiciorum in prædicta Villa celebrandorum; hæc servitia, ut refutaret simpliciter, contulit illi Henricus Abbas in Restaurum, seu potius in novum Feudum, Castrum & Oppidum Slatheim cum attinentiis Anno 1325. Quæ Bona videntur postmodum in Serenissimam Domum Svvartzburgicam transiisse; saltem Villa Major-Somerde, ut & Villa Abtisbissingen de (Vid. Schvvartzburg.)

de qua Henricus Comes de Honstein investitus fuisse reperitur à Berthoo Abbate Anno 1268.

Isenburg-*Budingen.*

Lotharium ab *Isenburg* acquisivit Anno 1318. Henricus Abbas in Castrensem Arcis suæ Bingenheim, eidemque pro Castrensi Feudo assignavit centum marcas denariorum Coloniensium. Prob. 84.

Successit postmodum Patri in eadem hac qualitate Filius *Henricus* ab *Isenburg* Dynasta in *Budingen* Anno 1359. sed duplicatâ mercede acquisitus; hinc gratum se exhibens, conjunctâ manu *Alheidis Hannovicæ*, Conjugis suæ, obtulit Ecclesiæ Fuldensi in Feudum Villam proprietatis suæ Binzensassen, quæ res *Joanni* Filio suo novum promeruit favorem, huic siquidem in meliorationem reliquorum Feudorum suorum masculinorum superaddidit Anno 1389. Fridericus Abbas XX. Florenos annui reditus. Prob. 85. Prob. 86. & 89.

II. Alia deinde, eaque præstantiora Feuda obtigere *Diethero* ab *Isenburg* Comiti de *Budingen* Anno 1443. vigore Falckensteiniæ divisionis, ut sunt Castrum & Oppidum Hain in Triquernatibus, Villa Gozendorff &c. quibus accesserunt Anno 1451. ex parte Gentis Wilnaviæ, Castrum Birstein, cum attinentiis &c. atque hæc simul omnia ad Posteros ejus transierunt hoc successionis ordine: Prob. 87. & 88.

Anno 1464 Diethero Comite supradicto defuncto, Investituræ renovationem obtinuit Filius ejus *Ludovicus* ab *Isenburg*, Comes de *Budingen.*

Anno 1512. *Joannes*, *Philippus*, & *Dietherus* ab *Isenburg*, Comites de *Budingen*, Ludovici prædicti Filii.

Anno 1543. *Reinhardus* & *Antonius* Comites de *Budingen*, Fratres;

Anno 1544. *Antonius* ab *Isenburg* Comes de *Budingen* tam suo, quam ex Reinhardo Fratre liberorum nomine, scilicet: *Reinhardi*, *Antonii*, *Philippi*, *Ludovici*, & *Ottonis* Comitum de *Budingen.*

Anno 1561. *Reinhardus* ab *Isenburg* Comes de *Budingen* tam suo, quam Fratrum suorum *Philippi* & *Ludovici*, ut & Agnatorum suorum *Georgii*, *Wolfgangi*, & *Henrici*, Antonii Comitis quondam, Filiorum nomine.

Anno 1597. *Wolfgangus*, & *Henricus* Fratres, Comites de *Budingen*, nec non ex prædefuncto eorum Fratre Georgio relictus Filius *Wolfgang Ernestus.*

Anno 1644. *Wilhelmus-Otto*, *Ludovicus-Arnoldus*, *Joannes-Ernestus*, *Joannes-Ludovicus*, *Christian-Mauritius*, *Wolfgangus-Henricus*, & *Carolus-Ludovicus* omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Isenburg* Comites de Budingen.

Anno 1668. *Ioannes-Ludovicus* & Frater ejus *Wolfgangus-Henricus*, tum & Agnatus eorum *Ioannes Ernestus* omnes nati ab *Isenburg* Comites de *Budingen.*

Anno 1678. *Ioannes-Ludovicus* Comes de *Budingen*, qui supra, tam suo, quam ex Joanne-Ernesto Agnatorum suorum nomine, scilicet: *Ioannis-Casimiri*, *Ferdinandi-Maximiliani*, *Georgii-Alberti*, & *Caroli-Augusti* Comitum de Budingen.

Anno 1680. *Ioannes-Philippus*, & *Wilhelmus-Mauritius* Fratres, Joannis-Ludovici Comitis quondam relicti Filii, simultaneè cum Agnatis suis, ut supra.

Anno 1702. Omnes ut in præcedenti Articulo, excepto quod hic defuncti

Joannis-Casimiri Comitis locum repræsentent ejus relicti Filii *Ioannes-Ernestus*, *Philippus-Ernestus*, & *Ioannes-Casimirus* nati ab Isenburg Comites de Budingen.

Anno 1715. *Ioannes-Philippus*, *Georgius-Albertus*, *Carolus-Augustus*, *VVolfgangus-Ernestus*, *VVilhelmus-Mauritius*, *Ernestus-Casimirus*, *Ferdinand-Maximilianus & VVilhelmus* omnes respectivè Comites de *Budingen*.

Annò 1719. *Georgius-Albertus*, *Carolus-Augustus*, *Wolfgangus-Ernestus*, *Wilhelmus-Mauritius*, *Ernestus-Casimirus*, *Ferdinandus-Maximilianus*, & *Wilhelmus* omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Isenburg* Comites de *Budingen*. Ejusdem hujus Feudi Investitura renovata est Anno 1724.

ISENBURG-*Grensavv*.

Quemadmodum *Ludovicus* ab *Isenburg*, præcedentis Lineæ *Budingensis* Sator passim perhibetur, sic nos *Gerlacum* ab *Isenburg* Lineæ hujus *Grensavviæ* authorem Prob. 90. reputamus; vixit is medio sæculi XIV. quandoquidem Anno 1364. investitus reperitur ab Henrico Abbate Fuld. de Castro Isenburg cum suis attinentiis universis, in quo Feudo, succedunt

Anno 1388. *Salentinus* ab *Isenburg* præcedentis Gerlaci Filius.

Prob. 91. Anno 1463. *Gerlacus* ab *Isenburg*.

Prob. 92. Anno 1484. *Iacobus* ab *Isenburg*, qui dum per silentium Feudum hoc paternum amisisset, non nisi ad instantes preces Hermanni Archiepiscopi Coloniensis hoc anno in idem readmissus, & restitutus est.

Anno 1536. *Arnoldus* & *Henricus* ab *Isenburg* Fratres; huic ultimo ratione *Margaretæ Werthemiæ* Conjugis suæ obtigit Anno 1538. pars Feudi Bruberg & Remlingen.

Anno 1574. *Salentinus* ab *Isenburg* Archiepiscopus & Elector Coloniensis, solus ex Fratribus suis *Ioanne* & *Antonio* superstes, post obitum Henrici Patris, Feudorum Investituram obtinuit: ac abdicatâ dignitate Clero valedicens, Uxorem duxit *Antoniam VVilhelmam Arembergicam*, ex quâ Filios suscepit *Ernestum*, & *Valentinum* Comites ab *Isenburg*, dynastas in *Grensavv*, qui Anno 1612 Patri defuncto successerunt, ac Investituræ renovationem obtinuerunt. Ex his Ernestus Comes, Valentino Fratri supervivens, tandem, ut ille, decessit absque Liberis Anno 1664. & Feuda sua, quæ ab Ecclesia Fuldensi tenuerat, reliquit aperta, donec Joachimus Abbas, qui ea in potestatem suam redegerat, singulari motus benevo- Prob. 142. lentiâ, Comites de *VViedt*, & Barones de *VValderdorff* simultaneè de iisdem investivit Anno 1666.

KATZENELNBOGEN.

Villas Rossdorff & Gundershausen, ut antiquum Fuldensis Ecclesiæ Feudum, Prob. 93. 94. & 95. possedit jam Anno 1363. *Dietherus* Comes *Catimelibocensis*, vulgò *Katzenelnbogen*, post cujus obitum Annò 1405. successit per novam Investituram Filius ejus *Ioannes* Comes; qui etiam Feudum aliud, scilicet Villam Obenheim cum attinentiis, ex Familiâ Nassovicâ proveniens, acquisivit, ac utrumque transmisit Anno 1450. Prob. 96. in *Philippum* Comitem Catimelibocensem: is demum ætate jam provectus, dum Feuda sua, ob defectum masculæ prolis, caducitatem unà secum minitarentur, in

tantum

tantum effecit apud Abbatem Fuldenſem ; ut Henrico Haſſiæ Landgravio , cui unicam Filiam ſuam *Annam* in matrimonium elocaverat , expectativa conceſſa fuerit Anno 1469. in iisdem Feudis , quæ & ipſi moriens Anno 1479. integre reliquit poſſidenda. Prob. 31. & 32.

KIRCHBERG.

Præter Jus Patronatus in Cappelndorff, quod cum attinentiis ſuis univerſis , Prob. 97. *Theodoricus* Burggravius in *Cappelndorff*, de licentiâ & permiſſione Abbatis Fuldenſis , contulit Anno 1235. ad opus Monaſterii Sanctimonialium , à ſe noviter ibidem erecti ; alia adhuc illuſtri huic Proſapiæ fuêre Bona Feudalia , ut patet in litteris reverſalibus *Hartmanni* Burggravii , datis Anno 1320. cujus ſucceſſores non Prob. 98. & 99. amplius Dynaſtæ in Cappelndorff, ſed in Farenrode nuncupati ſunt.

Ex his *Georgius* Burggravius inveſtitus reperitur Anno 1472. de Curte Burbach cum ſuis appenditiis &c. in quod Feudum poſteri ejus per inveſtituram pariter admiſſi ſunt hoc ordine :

Anno 1514. *Georgius* Burggravius in *Kirchberg* Dynaſta in *Farenrode* præcedentis Filius.

Anno 1520. *Sigismundus* Burggravius , Georgii quondam Filius.

Anno 1569. *Sigismundus* Burggravius , Sigismundi præcedentis Filius.

Anno 1587. *Wilhelmus* , *Georgius* , & *Sigismundus - Antonius* , Fratres , Burggravii de *Kirchberg*.

Anno 1604. *Georgius* Burggravius , idem qui ſuprà , ſolus ex Fratribus ſuis ſuperſtes , inveſtituræ renovationem obtinet , ac inſuper admittitur Anno 1608. in partem Feudi Birſtein ratione *Sibyllæ* matris ſuæ , Henrici ab Iſenburg-Budingen, quondam ſororis.

Anno 1643. *Sigismundus - Henricus* Burggravius de *Kirchberg* , tam ſuo , quam Fratrum ſuorum *Georgii-Ludovici* , *Antonii* , & *Wolfgangi-Cratonis* nomine, poſt obitum Georgii Patris.

Anno 1672. *Georgius-Ludovicus* Burggravius , ſolus ex ſupradictis Fratribus ſuis ſuperſtes.

Anno 1687. *Ludovicus-Crato* Burggravius , tam ſuo , quam Tutorio nomine pro Fratribus ſuis minorennibus *Erneſto-Auguſto-Ludovico* , *Georgio - Friderico* , & *Joanne-Alberto* ; ex quibus

Anno 1701. Superſtes Georgius-Fridericus Burggravius in *Kirchberg* , Comes in *Sayn* & *Witgenſtein* Inveſtituræ renovationem obtinuit , quemadmodum & Anno 1715.

LOEWENSTEIN-*Virneburg*.

Inter Principes Vaſallos , ſuprà recenſuimus eos , qui è Comitibus de *Lævvenſtein-VVertheim* Lineæ *Rupefortiæ* ortum trahunt : nunc iis qui ſtemma ſuum deducunt ex Linea *Virneburgica* hic inter Comites Vaſallos locum damus ; his licet Prob. 100. cum præcedentibus unum idemque Feudum , (ſcilicet portio Dominiorum Bruberg & Remlingen) fuerit jam ab Anno 1606. ſitque etiamnum ; illud nihilominus

nus per distinctas litteras reversales sese ab Ecclesia Fuldensi tenere professi sunt Anno 1619. post obitum *Christophori-Ludovici* Comitis de *Lovvenstein-VVertheim* Lineæ hujus *Virneburgicæ* conditoris, ejus relicti Filii *Fridericus Ludovicus*, *Ernestus* & *Joannes-Hermannus* Comites, quorum posteri Investituræ renovationem obtinuerunt hoc ordine:

Anno 1658. *Gustavus-Axel*, *Ludovicus-Ernestus*, *Fridericus-Eberhardus Albertus* & *Carolus-Ludovicus* Comites de *Lovvenstein-Wertheim-Virneburg*, Friderici-Ludovici Comitis quondam Filii.

Anno 1684. *Albertus* Comes de *Lovvenstein &c.* tam suo quam agnatorum suorum, quorum Tutor designatus erat, nomine; scilicet *Joachimi-Friderici*, *Eucharii Casimiri*, & *Henrici-Friderici* Comitum.

Anno 1691. *Eucharius-Casimirus* Comes de *Lovvenstein* tam suo quam Tutorio nomine pro Agnatis suis *VVilhelmo-Friderico*, *Ludovico-Mauritio*, & *Henrico-Friderico*.

Anno 1701. *VVilhelmus-Fridericus*, & *Ludovicus-Mauritius*, Fratres, Comites de *Lovvenstein*, nec non eorum Agnatus *Henricus-Fridericus* Comes sub Curatela *Alberti-VVolfgangi* Comitis de *Hohenlo*; qui & simultaneè Investituræ renovationem impetrant Anno 1715.

Mansfelt.

Joannes-Georgius & *Joannes-Albertus* Comites de *Mansfelt*, dynastæ in Heldrungen; vigore certi cujusdam contractus initi in Romhilt Anno 1548. cum *Bertoldo* Comite de *Henneberg* acquisiverunt advocatiam in Miltz, de quo Feudo, utpote ab Ecclesia sua Fuldensi descendente, eosdem investivit Philippus Abbas Anno 1549.

Nidda.

Prob. 43. *Bertholdum* Comitem de *Nidda*, qui vixit medio Sæculi XII. jam tùm integrum suum Comitatum ab Ecclesia Fuldensi tenuisse ac possedisse in Feudum masculinum credibile est; quandoquidem ex posteris suis ultimus, *Engelhardus* Comes, operam dedit Anno 1326. apud Henricum Abbatem, ut deficiente prole mascula, idem Comitatus per Filiam suam *Adelheydim* ad Conjugem suum *Joannem* Comitem *Ziegenheimensem* eadem Lege ac etiam Titulo Feudali pervenirent; quod & factum est Anno 1329. perstititque uterque Comitatus in hac stirpe, donec eâ pariter deficiente, Anno 1450. transiit in Serenissimam Domum Hassiacam.

Prob. 29. & 30. Vid Hass. Landgr.

Orlamunde.

Prob. 108. *Hermannus*, *Otto* & *Albertus* Fratres, Comites de *Orlamunde* assignant Anno 1250 Ecclesiæ Fuldensi XXV. mansos & vineam, in restaurum seu compensam villæ Nevvdorff, quam unà cum attinentiis suis universis, Comitibus de *Clettenberg* subinfeudatam, eatenùs immediatè à prædictâ Ecclesiâ possederant Titulo Feudali.

II. Alia

II. Alia insuper illustri huic prosapiæ, fuisse bona feudalia, nos docet non solum charta *Hermanni* & *Henrici* Comitum de *Orlamunde*, qua Advocatiam in Miltz refutant Anno 1290. rogantque de eadem investiri Comites de *Henneberg*, sed & idem testantur litteræ tum *Ottonis*, tum *Friderici* Comitum de *Orlamunde* sub medium sæculi XIV. Prob. 74. 109. & 110.

OETTINGEN.

Ex quatuor Villis, quas *Ludovicus* Comes de *OEttingen* olim ab Ecclesia Fuldensi habuerat in Feudum, posteri ejus *Ludovicus* & *Fridericus* Comites Anno 1395. de sola villa Tinningen cum suis attinentiis investiti reperiuntur; pervenit postmodum idem Feudum ad *Georgium* Comitem de *Wertheim*, cui tanquam pro vasallo Conjugis suæ *Annæ*, Friderici Comitis de *OEttingen* quondam Filiæ, illud contulit Hermannus Abbas 1444. Prob. 111. 112. & 113. Prob. 114.

REINECK.

Ludovicum Comitem de *Reineck*, qui jam medio sæculi XII. inter vasallos Ecclesiæ Fuldensis recensebatur, antiquum in Gente sua Feudum Bangulfsmunster, seu, ut hodie corruptè nuncupant, Wolfsmunster, cum attinentiis suis universis possedisse à prædictâ Ecclesiâ, satis innuere videntur ejus posteri: nàm præter *Thomam* Comitem de *Reineck*, cui insuper Prob. 43.

Anno 1290. Expectativa in Feudis Hohenloicis concessa fuerat, illud successive tenuerunt: Prob. 115.

Anno 1369. *Gerhardus* Comes de *Reineck*, qui etiam illud cum pacto retrovenditionis aliquando alienaverat. Prob. 116. 117.

Anno 1450. *Philippus* Comes de *Reineck*.

Anno 1472. *Philippus* Comes de *Reineck* Junior, præcedentis Filius.

Anno 1514. *Reinhardus* Comes de *Reineck*.

Anno 1521. *Philippus* Comes de *Reineck*, suæ stirpis ultimus; qui ante obitum suum Anno 1550. Feudum hoc suum, de consensu Wolfgangi Abbatis Fuldensis, transtulit in familiam Nobilium de *Tungen*. Prob. 118.

ROTENBURG.

Tenebant olim veteres Comites de *Rotenburg* ab Ecclesiâ Fuldensi in Feudum, Villam Heidingsfelt (nunc Franconiæ oppidum) quam cum suis attinentiis vigore contractûs mutui, jam sæculo IX. Ecclesiæ suæ Fuldensi acquisiverat Sighardus Abbas; non itaque Feudum oblatum ex parte prædictorum Comitum censeri debet, sed potius illis datum: Transiit id postmodum ad Fridericum I. Imp. à quo aliis, aliisque frequenter deinde subinfeudatum, tandem ad Imperium spectare visum est, cessitque postremùm Ecclesiæ Herbipolensi, cujus nunc est allodium. Corp. Trad. Fuld. n. 538. Laur. Fris. Hist. Herb. pag. 398. & 524.

SCHOENBORN.

Lotharius Franciscus, Archiepiscopus Moguntinus, S. R. I. Elector, tam

suo, quam reliquorum, ex illustrissima Gente sua, Comitum de *Schœnborn* & *Reichelsperg* nomine, investitur Anno 1713. de nobili curte in villa Svveinbach sita, cujus Investituræ renovationem etiam impetravit Anno 1715.

SOLMS.

Prob. 126. *Philippus* Comes de *Solms* acquisitus ab Henrico Abbate Fuld. in Castrensem arcis Bingenheim, obtulit Anno 1341. conjunctâ manu Conjugis suæ *Amenæ*, assignavitque X. libras den. annui reditus super curte sua Benspurg titulo castrensis Feudi imposterum ab Ecclesia Fuldensi tenendos ac possidendos.

Prob. 125. II. Verum aliud longè præstantius Feudum, tanquam Paternum, à jam dicta Ecclesia habuisse reperitur *Joannes* Comes de *Solms* Anno 1412. Nimirùm castrum Braunfels cum attinentiis suis universis, in quod posteri ejus per continuatam investituram successerunt ordine, prout sequitur, licet mox aliquantum interrupto, ex documentorum deperditorum defectû; nam post *Cunonem* Comitem de *Solms*, cui insuper in Feudum obtigerant Anno 1462. decimæ in Acarben, Jus Patronatus in Crutzen, &c. alius integro sæculo non occurrit præter *Philippum*
Prob. 127. Comitem de *Solms*, qui Anno 1550. de prædicto Feudo investitus illud refutavit in favorem Filii sui *Conradi* Comitis Anno 1569. Sequuntur deinde

Anno 1594. *Joannes-Albertus*, *Eberhardus*, *Ernestus*, *Wilhelmus*, *Otto*, *Reinhardus*, *Philippus* & *Henricus* Comites de *Solms* relicti Filii Conradi Comitis.

Ex his natu major *Joannes-Albertus*, dum adversus Cæsarem, Friderici V. Pa-
Prob. 128. latini Electoris partes sequitur, crimen læsæ majestatis incurrit, quò factum est, ut castrum Braunfels ipsi ademptum Joannes-Bernardus Abbas Fuld. contulerit *Joanni* Comiti de *Tylli* in Feudum masculinum Anno 1630. eodem plane jure, quo prædictus Comes illud possederat sicque culpam patris tulerunt aliquamdiu Filii, donec pace subsecuta, aut sorte armorum; in pristinum jus restituti, renovationem Feudi sæpedicti non solum obtinuerunt, sed & de eodem, ut feudo masculino hæreditario simultaneè cum agnatis suis anno, & serie, ut sequitur, investiti sunt:

Anno 1646. *Joannes-Albertus*, nec non *Wilhelmus*, *Philippus-Adam*, *Philippus-Reinhardus*, *Ludovicus Christianus*, *Ludovicus*, *Mauritius*, *Ernestus-Casimirus*, & *Philippus*, Comites.

Nec non *Georgius-Fridericus*, Henrici-Wilhelmi Comitis quondam Filius.

Tum & *Joannes-Augustus*, *Ioannes-Fridericus*, *Sigismundus Fridericus*, Joannis-Georgii Comitis quondam Filii.

Denique *Carolus-Otto* Alberti-Georgii quondam Filius.

Anno 1649. Ex Linea Braunfelsensi: *Wilhelmus* & *Ludovicus* Fratris Wilhelmi senioris Comitis quondam Filii.

Mauritius & *Philippus* Reinhardi Comitis de *Solms* quondam Filii.

Henricus, cognomento *Trajectinus*, Joannis-Alberti Comitis de *Solms* supradicti Filius.

Ex Linea Lichensi: *Philippus-Adam* Philippi Comitis de *Solms* quondam Filius.

Philippus-Reinhardus Philippi Reinhardi Comitis quondam Filius.

Ludovicus-Christopherus Ernesti Comitis quondam Filius.

Ex

Ex Linea Laubacenſi. *Georgius-Fridericus*, Henrici-Wilhelmi Comitis de *Solms* quondam Filius.

Joannes-Auguſtus, *Ioannes-Fridericus*, *Henricus-Sigismundus*, & *Ioannes-Georgius* Joannis-Georgii Comitis quondam Filii.

Carolus-Otto, Alberti-Ottonis Comitis quondam Filius.

Anno 1673. Ex Linea Braunfelſenſi omnes, ut ſupra excepto *Philippo* Reinhardi Comitis filio defuncto.

Ex Lichenſi Linea. Succedunt in locum *Ludovici-Chriſtophori* Comitis defuncti, ejus Filii ſuperſtites *Hermannus-Adolfus-Mauritius*, & *Carolus-Ludovicus* Comites.

Anno 1677. Ex Braunfelſenſi linea ſuccedit in locum Wilhelmi ſenioris Comitis ejus relictus Filius, *Wilhelmus-Mauritius* Comes, reliqui ut ſupra.

Anno 1679 Ex Laubacenſi Linea obit *Carolus-Otto*: ex Braunfelſenſi vero, *Mauritius*, hinc *Henricus* Comes Gentis ſuæ natu-major, tam ſuo, quàm reliquorum omnium agnatorum ſuperſtitum nomine inveſtituram renovat.

Anno 1694. ex Braunfelſenſi Linea, *Wilhelmus-Mauritius* Comes de *Solms*, defuncto Henrico Comite illuſtriſſimæ ſuæ ſtirpis factus ſenior.

Ex Lichenſi Linea. Obit *Carolus-Ludovicus* Comes, qui ſupra, relicto fratre ſuperſtite.

Ex Laubacenſi Linea. Succedunt in locum defuncti Joannis-Auguſti Comitis, ejus Filii *Ioannes-Carol-Eberhard*, *Ludovicus*, & *Ludovicus-Henricus*, Comites.

Tum & in locum Georgii-Friderici Comitis, ex eadem Linea, ejus relicti Filii *Otto-Henricus* & *Henricus-Wilhelmus*.

Anno 1701. Ex Braunfelſenſi Linea. *VVilhelmus-Mauritius* Comes de *Solms*, idem qui ſuprà, tam ſuo iterum, quam reliquorum agnatorum ſuorum nomine, qui ſunt:

Ex Lichenſi Linea. *Hermannus-Adolfus-Mauritius*, Ludovici-Chriſtophori Comitis quondam Filius. Et *Ludovicus* Philippi-Reinhardi Comitis quondam Filius.

Ex Laubacenſi Linea. *Fridericus-Erneſtus*, *Carolus-Otto*, & *Henricus-VVilhelmus* Fratres Joannis-Friderici Comitis quondam Filii.

Fridericus-Sigismundus, & *Ioannes-Chriſtianus*, Friderici-Sigismundi Comitis quondam Filii.

Ludovicus & *Ludovicus-Henricus* Joannis-Auguſti Comitis quondam Filii.

Denique *Otto-Henricus* & *Henricus-VVilhelmus* Georgii-Friderici Comitis quondam Filii.

Ex his omnibus, dum Anno 1715. idem qui ſupra *VVilhelmus-Mauritius* Comes de *Solms*, ut Familiæ ſuæ Senior, ſeu natu-major, Inveſtituræ renovationem obtinet.

Ex Lichenſi Linea. Venit repræſentatione in locum defuncti Ludovici Comitis, Filius ejus *Fridericus-VVilhelmus*.

Ex Laubachiana vero Linea. *Fridericus-Eberhardus* in locum defuncti patris ſui Ottonis-Henrici, Comitis.

Hujus Feudi Inveſtitura renovata eſt per tres illas reſpectivè Stirpes Annis 1719. & 1725. die 14. Julii.

Stolberg.

Prob. 129. Obtinuerat ab Hartmanno Abbate Fuld. *Eberhardus* Comes de *Konigstein* in casum, quo absque liberis decederet, sibi in Feudis suis Bruberg, Minzenberg, Ortenberg &c. substitui Nepotem suum *Ludovicum* Comitem de *Stolberg*, ejusque Hæredes: hinc ambo de prædictis Feudis simultaneè investiti Anno 1527. penes unum Eberhardum Comitem remansit ususfructus ad dies vitæ suæ.

Successerunt postmodum in his Feudis post obitum Ludovici Comitis de Stolberg prædicti Anno 1582. *Albertus-Georgius*, *VVolfgangus*, *Ludovicus-Georgius* & *Christophorus* respectivè Fratres & Agnati Comites de *Stolberg*.

Anno 1603. *Ludovicus-Georgius*, & *Christophorus*, Comites prædicti, quondam *Henrici* Comitis, Filii, tam suo, quam agnatorum suorum ex Wolfgango Comite relictorum nomine, scilicet: *VVolfgangi-Ernesti*, *Ioannis*, & *Henrici*, Comitum de *Stolberg*.

Annò 1619. *Henricus-Volradus*, Ludovici Georgii Comitis de *Stolberg* quondam Filius: simultaneè unà cum agnatis suis, *Christophoro*, & *VVolfgang-Georgio*, Comitibus de *Stolberg*,

Anno 1644. *Henricus-Ernestus*, & *Ioannes-Martinus* Comites de *Stolberg* Fratres, Christophori Comitis quondam relicti Filii.

Anno 1669. *Henricus-Ernestus*, *Christophorus Ludovicus*, & *Fridericus-Wilhelmus*, Comites de *Stolberg* respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1672. *Christophorus-Ludovicus*, & *Fridericus-Wilhelmus*, Comites de *Stolberg* iidem qui suprà Joannis-Martini Comitis quondam Filii, tam suo, quam suorum Agnatorum *Henrici-Ernesti*, & *Ludovici-Christiani*, ex Henrico-Ernesto Comite relictorum nomine.

Anno 1705. *Christophorus-Fridericus*, & *Iodocus-Christianus*, Comites de *Stolberg* Fratres, simultaneè cum Agnatis suis *Ernesto*, & *Ludovico-Christiano*, Comitibus de *Stolberg*.

Anno 1715. *Jodocus-Christianus*, *Christophorus Fridericus*, *Christianus Ernestus*, *Fridericus-Carolus*, & *Henricus Augustus*, omnes respectivè Fratres & Agnati, Comites de *Stolberg*.

Truhendingen, alias Trudingen.

Multa, eaque insignia fuêre Feuda, quæ quondam ab Ecclesia Fuldensi tenuerunt, ac possederunt veteres Comites de *Truhendingen*, nimirum: Arx Stuffenberg, Baunacum oppidum, Advocatia in diversis villis & prædiis, ad Monasterium Solenhoven spectantibus &c. sed quæ simul omnia partim Eistettensi, partim Bambergensi Ecclesiis postmodum cesserunt in proprium, haud dubiè unà cum villa Jiech, quam *Fridericus* Comes de *Truhendingen* transscripsit Ecclesiæ Fuldensi Annò 1320. à quâ etiam illam imposterum tenere ac possidere voluit Titulo Castrensis Feudi.

(Margin notes: Prob. 130. 132. — Prob. 131.)

WAL-

WALDECK.

Henricus Comes de *Waldeck*, conjuncta manu *Alheidis* conjugis suæ, obtulit Anno 1320 Ecclesiæ Fuldensi ducentos modios annonæ, annui reditus super bonis suis propriis, quam rem donatam Henricus Abbas brevi manu eidem retradidit in Feudum, cujus Investituræ renovationem utrum Henrici prædicti successores impetraverint, prout tenebantur, incompertum est. Prob. 133.

Aliud Feudum, portio nimirum Arcis Isenburgicæ cum attinentiis suis obtigit Anno 1493. *Henrico* Comiti de *Waldeck* ex parte conjugis suæ *Anastasiæ* natæ de *Runkel*: verùm illud, idem Comes Henricus alienavit postmodum in favorem *Joannis* Comitis à *VVied*, accedente consensu Abbatis Fuldensis. Prob. 134. Prob. 141. vid. Wied.

WERTHEIM.

Præter decimas in villis Nevvbrun, & Bettenheim, quas *Elisabetha*, quondam *Popponis* Comitis de *VVertheim* Filia, ad se devolutas, contulit Monasterio Holzkirchen Anno 1334. antiquissimum in hac illustri Gente Feudum semper fuit, estque etiamnùm Villa Remlingen, cui accessit, sub medium sæculi XIV. Castrum Bruberg cum attinentiis, post obitum *Ebirhardi* hujus loci Dynastæ, cujus ex Filiabus unam scilicet *Elisabetham*, *Rudolfus* Comes de *VVertheim* uxorem duxerat. Utrumque Feudum separatim per distinctas litteras reversales ab Ecclesia Fuldensi suscepisse reperiuntur. Prob. 135. Prob 43. Prob. 112

Anno 1396. *Ioannes* Comes de *VVertheim*.

Anno 1408. *Ioannes* Comes de *VVertheim* præcedentis Filius. Prob. 137.

Anno 1440. *Ioannes*, & *Michael* Fratres, Comites de *VVertheim*.

Anno 1444. *Georgius*, & *VVilhelmus* Comites de *VVertheim*, prior investitur de Feudo Remlingen, alter de Castro Bruberg. Georgio Comiti succedit in Feudo suo, *Ioannes* ejus Filius Anno 1454. Wilhelmo, *Wilhelmus* Comes, donec tandem Anno 1501. ambo Feuda in *Michaelem* seniorem Comitem de *VVertheim* reciderunt, quo obeunte ad Annum 1531. pars eorum transiit ad Comites de *Castel* & *Erpach*, reliqua per *Georgium* Comitem de *Wertheim* transmissa est in *Michaelem* Filium, sui stemmatis ultimum, qui obiens Anno 1556. absque prole mascula, variis dissidiis occasionem præbuit ratione Feudorum suorum, ex quibus, ea, quæ Fuldensia erant obtinuit *Ludovicus* Comes de *Stolberg*, per cujus Filiam *Annam* transierunt postmodùm in illustrissimam prosapiam Comitum de *Lævvenstein-VVertheim*. Prob. 620. Prob. 47. & 53. Prob. 100.

Wied.

Prob. 140. 141. *VVilhelmus* & *Fridericus* Comites à *VVied* simultaneè investiuntur Anno 1486. de portione Castri Isenburg cum attinentiis; in quod Feudum avitum à Waldecciis ex parte redemptum, successerunt postmodum.

Anno 1570. *Ioannes* Comes de *VVied.*

Anno 1598. *VVilhelmus* Comes de *VVied*, tam suo, quam Agnatorum suorum nomine, scilicet: *Ioannis-VVilhelmi*, *Hermanni*, & *Philippi-Ludovici* Fratrum, Comitum de *VVied.*

Anno 1613. *Ioannes-VVilhelmus*, *Hermannus*, & *Philippus-Ludovicus*, Fratres, iidem qui supra.

Anno 1650. *Fridericus* Comes de *VVied* simultaneè cum Fratribus suis *Mauritio-Christiano*, *Hermanno*, *Ioanne-Ernesto*, & *VVilhelmo Ludovico*, post obitum Hermanni patris.

Anno 1671. *Fridericus* Comes, idem qui supra, tam suo, quàm *VVilhelmi-Ludovici* Fratris sui, & *Ludovici-Friderici* Agnati sui nomine.

Prob. 142. Sub hoc Friderico, utpote Familiæ suæ seniore obvenit Anno 1666. Feudum aliud: Nimirum, Castri Isenburg portio reliqua, quam dum *Ernestus* Comes ab *Isenburg-Grensavv* Anno 1664. per obitum suum Ecclesiæ Fuldensi reliquisset apertam, eandem, ex singulari gratia, contulit Joachimus Abbas tam huic illustrissimæ prosapiæ Comitum à Wied, quam & illi Baronum de Walderdorff, in novum Feudum masculinum simultaneè deinceps possidendum à prædicta sua Ecclesia Fuldensi.

Anno 1700. *Maximilianus-Henricus*, *Carolus*, *Fridericus-VVilhelmus*, & *Christianus* omnes respectivè Fratres & Agnati, Comites à *VVied*, Feudorum præcedentium renovationem obtinuerunt, quemadmodum

Annis 1707. & 1715. *Fridericus-VVilhelmus*, *Ioannes-Ludovicus-Adolfus*, *Carolus*, *Christianus*, & *Wilhelmus-Alexander-Æmilius* omnes pariter respectivè Fratres & Agnati, Comites de *Wied.*

Wil-

WILNAW.

Castrum Birstein, quod unà cum suis attinentiis transiit circa Annum 1451. ad Comites de Isenburg-Budingen, fuerat primitus Feudum, veterum Comitum de *Wilnavv*, qui insuper tenebant ab Ecclesia Fuldensi alia Bona in Richenbach & Friensteina, titulo Castrensis Feudi, deserviendi in arce Stolzinberg, ut constat ex notitia Anni 1396. pro *Henrico* Comite de *VVilnavv*. Prob. 88. & 143.

ZIEGENHAIN.

Ut Antiquioribus, sic & potentioribus Ecclesiæ Fuldensis Vasallis, merito accensendi sunt veteres Comites de *Ziegenhain*, siquidem præter integrum suum Comitatum, alia non minus fortè valoris olim tenebant, ac possidebant in Feudum, qualia fuere.

I. Advocatia primaria Fuldensis, quam Anno 1279. à *Ludovico* Comite de *Ziegenhain* de assensu *Sophiæ* Conjugis suæ pro 400. marcis Coloniensibus oppignoratam, postmodum Ecclesiæ suæ ex integro acquisivit Henricus ab Hochberg Abbas Fuld. Prob. 49.

II. Advocatia Villæ, & Bonorum in Kindzell. Hanc *Bertholdus* Comes de *Ziegenhain*, forti ratione inductus, resignavit Anno 1248. in manus Sigifridi Archiepiscopi Moguntini, Administratoris Ecclesiæ Fuldensis. Prob. 48.

III. Universus Niddæ Comitatus, quem ultimus ejus Possessor *Engelhardus* Comes ob defectum masculæ prolis jamjam relicturus erat apertum, obtinuit sibi à novo in Feudum dari *Joannes* Comes de *Ziegenhain* Anno 1326. vid. Nidda.

IV. Oppidum & Castrum Ruschenberg cum attinentiis, super quibus, idem qui supra *Joannes* Comes de *Ziegenhain*, constituit Anno 1345. *Alheidi* uxori suæ Dotalitium 3300. Librarum Hallensium accedente ad hoc consensu expresso Henrici Abbatis Fuld. Prob. 50.


V. Jura & Jurisdictiones in diversis locis ad marcam Fuldensem in Veteravia, Prob. 52.

teravia, spectantia, quæ Godefridus Comes de *Ziegenhain* oppignorat Anno 1388. de consensu iterum Abbatis Fuld.

Prob. 51. V I. Unum denique occurrit Feudum oblatum, scilicet Castrum Sturmfels, quod *Godefridus* Comes de *Ziegenhain* idem qui supra, transcribit Anno 1353. Ecclesiæ Fuldensi, de consensu *Agnetis* Conjugis suæ.

vid. Hassiæ Landgr. Hæc omnia simul transierunt postmodum in Sereniss. Domum Hassiacam, per obitum *Joannis* postremi Comitis de *Ziegenhain* Anno 1450. ut supra jam ostendimus.

Civi-



CIVITATES IMPERII, OPPIDA, RELIGIOSAE DOMUS &c. IN CLIENTELAM FULDENSEM ADSCITÆ.

FRANCOFURTUM ad *Mœnum*.

POſtquam Anno 1374. Conſules, Scabini, & Senatus Civitatis Francofurtenſis acquiſiviſſent Caſtrum Bonemeſe cum attinentiis ſuis univerſis, nec non Jurisdictionem, & advocatiam ibidem, quæ omnia jam olim deſcendebant in Feudum ab Eccleſia Fuldenſi; conventum eſt; ut impoſterum de iisdem inveſtirentur duo ex honoratioribus inter Senatores, qui nomine prædictorum Conſulum, ac univerſitatis Civium Francofordienſium nexu vaſallitico obſtricti permanerent, ac inveſtituram renovarent, quoties de Jure aut conſuetudine opus foret; id quod mox præſtiterunt *Tulemannus VVyſſin*, & *Henricus* ab *Holtzhauſen* Senatores, quos exceperunt hoc ferè ordine reliqui. Prob. 145.

Anno 1396. *Henricus* ab *Holtzhauſen*, junior, & *Siffridus* de *Spir*, Prob. 146.
Anno 1472. *VVickerus Froſch*, & *Henricus VVyſſin*.
Anno 1481. *Joannes* de *Glauburg*, & *VVickerus Froſch*.
Anno 1503. *Georgius Froſch*, & *Sigifridus Knobloch*.
Anno 1520. *Philippus Furſtenberger*, & *Conradus VVeiſſen*.
Anno 1530. *Philippus Furſtenberger*, & *Joannes* de *Glauburg*.
Anno 1541. *Nicolaus Scheit*, & *Daniel Zumjungen*.
Anno 1550. *Daniel Zumjungen*, & *Philippus Uffſtendorn*.
Anno 1558. *Ioannes Steffan*, & *Antonius Zumjungen*.
Anno 1569, *Carolus Kuhorn*, & *Carolus* de *Glauburg*.
Anno 1601. *Hieronymus Zumjungen*, & *Ioannes-Adolfus Kelner*.
Anno 1606. *Ioannes-Adolfus Kelner*, & *Hieronymus-Auguſtus* ab *Holtzhauſen*.

Anno 1623. *Hieronymus*, *Steffan* de *Cronstetten*, & *Joannes-Jacobus Zeckelen.*

Anno 1640. *Joannes-Maximilianus Kelner*, & *Philippus-Jacobus* de *Mohlem.*

Anno 1655. *Ioannes Hector* ab *Holzhausen*, & *Ioannes Hector* ab *Hynsberg.*

Anno 1669. *Wilhelmus Kelner* & *Daniel Zumjungen.*

Anno 1715. *Ioannes-Adolfus* de *Glauburg*, & *Mathias-Carolus Steffan* de *Cronstetten.*

Anno 1718. *Ioannes-Christophorus* de *Stetten*, & *Ioannes Hieron.* ab *Holtzhausen.*

MÜHLHUSA.

Non pauca sunt, nec levis momenti, quæ hæc Imperii Civitas, sita in Thuringia, hodiedùm tenet ac possidet in Feudum ab Ecclesia Fuldensi, nam præter sanctimoniales Monasterii, ibidem super pontem exstructi (sic enim loquuntur
Prob. 147. litteræ reversales) Nosocomium S. Antonii, decimas, aliaque Bona sub Jurisdictione ejusdem Civitatis jacentia, accesserunt Anno 1355. cuncta quæ eatenus ad prædictam Fuldensem Ecclesiam spectaverant in Villa & Campis Villæ Ammera, una cum XXX. Libris ceræ annui census, tum & Anno 1559. Hubæ XII. & totidem Curtes in districtu Lengfelt.

Prob. 148. Hinc jam ab antiquo, quoties Investituræ renovatio petenda erat, id quatuor ex honoratioribus totius Muhlhusani Senatûs, Fuldam usque ablegati, more aliorum Vasallorum, præstabant, sic, ut uno ex iis deinceps deficiente, alium eidem mox substituere necesse fuerit: Cœterum hæc consuetudo videtur postmodum ex Indulgentia Principum Fuld. restricta ad duos primarios Civitatis prætactæ Consules, quales fuêre *Ernestus* de *Kalstede*, & *Ioannes Keffernhusen*, qui Anno 1443. obligationi Vasalliticæ corporaliter satisfecerunt, quemadmodum, & ex posteris eorum deinceps alii, quos hic recensere supersedimus.

ERFORDIA.

Districtum suum, ex Feudis merè Fuldensibus, brevi temporis spatio, non parum ampliavit Erfordia Civitas, quandoquidem Villis majori & minori Mar-
Prob. 149. 150. pech unà cum Ranstet Anno 1388. acquisitis, mox Anno 1418. adjecit Somerde majorem, & Schalkeborg, contractu desuper inito cum *Henrico* Comite de *Schwartzburg*, ejusque Fratre *Gunthero* Magdeburgensi Archiepiscopo, ac *Anna* Thuringiæ Landgravia, sorore; vigore cujus prædicta Civitas clientelari nexu Ecclesiæ Fuldensi jam tum adstricta, fidem suam, & obsequium debitum erga eandem, per duos ex ordine senatorio ablegatos, renovavit, sub obligatione perpetua idem præstandi, quoties opus: dummodo, qui suboriri possent, Bellorum motus, iter ad hoc non intercluderent; quod & hucusque constanter observatum fuit.

OPPENHEIMIUM.

Cum Jurisdictio, & Advocatia loci Dyenheim, juxta Civitatem Oppenheim
Prob. 151. positi, præter Feudum satis singulare ab inde dependens, nimirum: Vas vini novum, novo currui impositum, unà cum calice stanneo tres Libras Hallens. continente,

nente, quotannis, ipso die Agneti Virg. sacro, splendente sole, præsentandum; vix aliud quidquam emolumenti Ecclesiæ Fuldensi afferrent, præsertim quòd ære alieno essent plurimum gravatæ, eas Joannes Abbas de consensu Capituli sui contulit Anno 1423. Consulibus, ac universitati civium urbis Oppenheim prædictæ in Feudum masculinum, hac lege, ut in perpetuum è senatoribus unus, de eodem Feudo specifice investitus, illius renovationem obtineret toties quoties; id quod hactenus religiose observatum est.

HAMELA.

Hoc inferioris Saxoniæ oppidum non incelebre, Henricus ab Erthal, Abbas Fuld.; contractu in omne ævum pœnitendo, ab Ecclesia sua distraxit Anno 1259. in favorem Ecclesiæ Mindensis, ipsis etiam invitis ac frustrà reclamantibus Civibus, & loci incolis, qui sese postmodum in potestatem Alberti Ducis Brunsvvicensis tradidêre.

Supersunt hodie, veteris illius Dominii indices, sat splendida urbis hujus regalia; quæ & ipsa in Feudum retinet ab Ecclesia Fuldensi prædicta, assoletque, juxta antiquas conventiones, per duos Senatorii ordinis ablegatos suos, Investituræ renovationem petere, ac simul impetrare. Prob. 152. & 153.

STADEN.

Wortvvinus vir nobilis, conjuncta manu *Hedevvigis* Conjugis suæ, transcripsit Anno 1156. Ecclesiæ Fuldensi castrum suum Staden, ab eadem imposterum tenendum & possidendum in Feudum; quemadmodum illud etiam longis temporibus tenuisse reperiuntur veteres Dynastæ de *Limpurg*, à quibus deinde cum annexo oppido ac districtu sat amplo transiit Anno 1405. ad Burggravios, & universum Ganerbiatum de *Fridberg* de consensu Abbatis Fuldensis, qui dum eos fide ac sacramento debito adstrictos in Vasallos recepit, Castrum hoc sibi, successoribusque suis perpetuo voluit esse apertum, ad quascumque Ecclesiæ suæ necessitates: displicuit quidem, successu temporis, hæc tam salutaris clausula singulis Investituræ litteris inserta, sed Judicio parium curiæ Anno 1474. in hunc finem convocatorum firma remansit, & inconcussa; quin imò, ut suum etiam aliquando sortiretur effectum, invigilavit Joannes Hennebergius Ecclesiæ Fuldensis prædictæ Coadjutor, dum castro Staden validum immisit præsidium sub ductu Joannis de Than, & Matthæi de Weyhers, quo melius ditionem sibi concreditam, ab invasione Philippi Hassiæ Landgravii, finitima tunc depopulatis, tueretur. De cætero, quoties Feudi hujus investitura renovanda est, id fieri consuevit, pro indulgentiâ Principis Fuld., aut per ipsummet Burggravium, aut Fabricæ-Magistros, ut vocant, unum, vel plures, qui tam suo, quam universi Fridbergensis Ganerbiatûs nomine debitum, hominium præstant, juxta Conventionem primitus desuper initam; qualiter fecisse reperiuntur Prob. 154. Prob. 372. & seqq. Prob. 155. Prob. 156. Prob. 157.

Anno 1452. *Wigandus* de *Stockheim*, *Carolus* de *Carben*, *Cuno* & *Henricus* de *Buches*.

Anno 1472. *Henricus* de *Buches*, *Godefridus* de *Stocheim*, *Henricus* de *Carben*, & *Megingoz* de *Dudelsheim*. Prob. 156.

Anno 1521. *Eberhardus Weis* de *Furbach* Burggravius Fridbergensis & *Eberhardus Levve* de *Steinfort* Director Fabricæ.

Anno 1530. *Ioannes* & *Philippus Weis* de *Feurbach*.

Anno 1544. *VVilhelmus* de *Stockheim* & *Emericus* de *Carben.*

Anno 1551. *Conradus Levve* de *Steinfort*, & *Adam VVeiß* de *Feurbach.*

Anno 1560. *Adam VVeiß* de *Feurbach* & *Hermannus Viesbach.*

Anno 1598. *Ioannes Caspar* de *Carben* in *VVisselsheim.*

Anno 1606. *VVolfgangus-Ernestus* Comes ab *Isenburg-Budingen* Burgr. & *Caspar* à *Carben.*

Anno 1639. *Ioannes-Henricus* de *Carben* in *Burggravenrode.*

Anno 1646. *VVolffgang-Adolfus* de *Carben* Burggravius Fridbergensis & *Ioannes-Dietricus* à *Rosenbach.*

Anno 1673. *Ioannes-Ludovicus* & *Ioannes-Ernestus* Comites ab *Isenburg* in *Budingen* & *Eberhardus Levve* de *Steinfurt.*

Anno 1678. *Eberhardus Levve* de *Steinfurt.*

Anno 1701. *Ioannes-Burchardus* de *Carben* in *Burggravenrode,*

Anno 1710. *Augustus-Henricus-Leopoldus Levve* de *Steinfurt*, qui pariter Anno 1715. nomine tam suo, quam totius Ganerbiatûs, Investituræ renovationem obtinuit.

CREUTZBURG.

Prob. 158. Consules, Senatus, & universitas Civium hujus oppidi, acquisiverunt Anno 1534. à Georgio de Reckerode solitudinem sive desertum dictum Hunrode, de quo Feudo mox investiti fuerunt, ea lege, ut deinceps perpetuis temporibus, ejusdem renovationem, quoties opus, per duos ex Civibus suis ad hoc delegatos, ab Ecclesia Fuldensi obtinerent, id quod sedulo observarunt hactenus.

BRUCKENAVV.

Hoc Ditionis Fuldensis oppidum, erga Principem suum, duplici nexu adstrictum manet; Vasalliticum contraxit Anno 1586. ex coemptione Feudi cujusdam Castrensis, quod nomine Consulum ac universitatis Civium oppidi prætacti suscipere solet unus ex Senatoribus, & Investituræ renovationem etiam obtinere, quoties opus.

WACKENHUSEN.

Quanquam parte priori hujus operis, sub Cap. de Feudorum appropriationibus, satis fuse egerimus de Monasteriis, aliisque Religiosis Domibus, quæ pro Fundis Fuldensis Ecclesiæ sibi concessis, aut appropriatis, librarum ceræ censum annuum rependere tenebantur; hic nihilominus, Coronidis loco, quædam de *Commenda* in *VVackenhusen* subnectere visum est: eam enim postquam Berthous Abbas Anno 1268.

Prob. 161. in gratiam Wilhelmi Magistri Provincialis Militiæ S. Lazari Jerusalem Ord. S. Augustini de bonis ac prædiis Ecclesiæ suæ Fuldensis fundasset titulo S. Bonifacii Archiep. & Martyris, diu neglecta jacuit, donec eandem Anno 1489. Commendator *Henricus Smuckschuch* restauravit; demum ab ordine S. Lazari avulsam, & Hierosolymitano

Prob. 162. & 163. S. Joannis incorporatam suscepit in Feudum à Joanne Abbate *Petrus Clopstein* Commendator hujus Ordinis in Gotha Anno 1510.

ELEN-

ELENCHUS CLIENTUM SEU VASALLORUM SECUNDI ORDINIS.

HOC EST

DIGNITATIS EQUESTRIS.

QUOTQUOT EORUM, ETIAM A PLURIBUS RETRO SÆCULIS HUCUSQUE ECCLESIA FULDENSIS HABUISSE REPERITUR.

ALPHABETICE ET CHRONOLOGICE, EODEM MODO, QUO PRIOR, DISPOSITUS ET CONCINNATUS.

ELENCHUS CLIENTUM

SEU

VASALLORUM SECUNDI ORDINIS.

HOC EST

DIGNITATIS EQUESTRIS QUOTQUOT EORUM ETIAM A PLURIBUS RETRO SÆCULIS HUCUSQUE ECCLESIA FULDENSIS HABUISSE REPERITUR.

ALPHABETICE ET CHRONOLOGICE, EODEM MODO, QUO PRIOR, DISPOSITUS ET CONCINNATUS.

A.



Adelibse seu Adelipse.

JOdocus de *Adelibse* succedit Anno 1608. in partem Feudi Richelsheim, quam ei in dotem attulerat Conjux ejus *Amalia* de *Adelibse* nata de *Stockheim*; hæc postmodum relicta vidua Anno 1617. ejusdem Feudi investituram obtinuit tam pro se, quam Tutorio nomine pro susceptis ex supradicto Jodoco liberis minorennibus *Bodone*, *Rudolpho-Wilhelmo*, *Ludovico-Hermanno*, *Christiano-Henrico*, *Friderico-Ulrico*, *Conrado-Carolo*, *Anna-Christina*, & *Anna-Amalia*. Ex his omnibus superstites remansêre, *Fridericus-Ulricus* de *Adelibse*, & *Anna-Amalia* ejus soror Anno 1646. quo Feudum prædictum illis obtigit: verùm hæc postquam nupsisset N. de *Schulenburg*, dimidia pars Feudi pro dote cessit, reliqua verò ex obitu Friderici-Ulrici transiit Anno 1664. ad duas ex se relictas Filias *Annam-Christinam-Sabinam*, & *Magdalenam-Eleonoram* de *Adelibse*, quarum prior nupta N. de *Rotenhahn* partem Feudi hujus in illam familiam secum transtulit. Vid. Stockheim.

Aldenburg sive Allenburg.

Hermannus de *Aldenburg* investitur de Keminata, sive, ædibus ex lapide constructis, in Eyterfelt. Anno 1401. quo in Feudo illi succedit ejus ex Conjuge sua *Felicitate* de *Wisenfelt* Filius æquivocus *Hermannus* de *Aldenburg* Anno 1436. die secunda Februarii, cui insuper in eodem loco Feudum quoddam Castrense evenit per obitum Avunculi sui *Tilonis* de *Wisenfelt* Anno 1451. altera S. Bonifacii. Sequitur Vid. Wisenfelt.

Nithardus de *Aldenburg*, qui Feuda paterna hæreditavit Anno 1475. ac dein una cum Fratre suo *Christophoro* successit Anno 1483. in Feudum Breitspach, Tafta &c. quo quondam fuerat *Reinhardi* de *Aldenburg* Agnati sui.

Aldendorf.

Conradus de *Aldendorff* habuit in Feudum Anno 1397. cuncta, quæ possedit in locis Nordheim, Diedorf, Kraluck, & Nithartshausen. Succedit

Joannes de *Aldendorf* ejus Filius Anno 1442. cui jam Anno 1437. Feudum Castrense collatum fuerat deserviendum in Geysa.

Ioan-

Ioannes de *Aldendorf* Canonicus Herbipolensis, ac simul ad S. Burchardum ibidem Præpositus eadem Feuda suscepit Anno 1473. suæ stirpis, ni fallor, ultimus.

ALDENGUTTERN.

Huic Genti vetus quoddam Feudum fuerat in Aschere, pro quo, demum Prob. 168. Anno 1315. *Luitolfus* & *Henricus* Fratres, qui se Dominos Castri Aldenguttern nuncupant, substituerunt de licentia Abbatis Fuldensis Bona proprietatis suæ, sita in Cimmern, ab ipso & Ecclesia sua deinceps Jure Feudali tenenda & possidenda.

ALSFELT.

Conradus de *Alsfelt* investitur de Feudo Castrensi in Salza sub Stolzenberg; Prob. 353. Vid. Karlspach. quod per ejus obitum confertur ut apertum *Hermanno* & *Theodoro* de *Karlspach* Fratribus.

AMMERA.

Ioanni de *Ammera* assignantur Anno 1275. in Feudum Castrense, deservien- Prob. 558. dum in Bigenbach, aut etiam in alia quavis arce, III. Talenta denariorum Fuldensium, annui reditus.

II. *Henricus* de *Ammera* de consensu & voluntate Patris sui *Conradi*, inve- Prob. 169. stitur de IIII. Hubis & Curte, sitis in Ammera; Anno 1362.

III. *Reinhardus* de *Ammera* Hubas aliquot juxta oppidum Mulhausen pos- Prob. 306. sedit in Feudum, in quas post ejus obitum Anno 1334. successerunt *Conradus* de *Grimbech*, & Agnati reliqui.

ANEFELT seu ANEVELT.

Prob. 170. *Wernherus* de *Anevelt* receptus in Castrensem hæreditarium Castri Otsperg, mediante summa LXXX. librarum Hallensium, assignat vice versa, de Bonis suis propriis reditus VIII. librarum Hallens. in villa Kuntiche titulo Feodali imposterum tenendos. Anno 1323.

ANGERSBACH.

Ioannes de *Angersbach* recipit in Feudum Anno 1450. die exaltat. S. Crucis: medietatem Curtis sitæ in Mara. Succedunt

Conradus & *Ioannes* de *Angersbach* ejus Filii Anno 1481.

ARCHFELT.

Albertus de *Archfelt* investitur de Prædiis in Spicher & Luderbeche prope Cruceburg Anno 1362.

II. *Ditericus* de *Archfelt* recipit in Feudum certos quosdam annuos census vid. Grussen. in Bruheim, quos Anno 1425. acquisiverat ab Alberto de Grussen.

ASCHIN-

ASCHINWEGE vide ESCHINWEGE.

ATTEEBEIN.

Henricus de *Atterbein* succedit per obitum in vetus Feudum paternum, scilicet, Prædium quoddam in Angersbach, Anno 1441.

Henricus & *Martinus* Fratres de *Atterbein* Anno 1456. in quorum favorem *Conradus* & *Nicolaus* de *Atterbein* renuntiant Juri suo, quod ratione Agnationis in eodem Feudo illis competere videbatur.

AULA.

I. *Ildegundis* ab *Aula*, Relicta *Conradi* ab *Aula* succedit in Feudum patris sui *Joannis* de *Romelshausen* Anno 1396. Vid. Romelshausen.


II. *Joannes* ab *Aula* investitur Anno 1482. de Bonis quibusdam in Territorio Villæ Almus, quæ â *Bertoldo* de *Merlavv* acquisiverat.

AUWE.

I. *Hermannus* ab *Auvve*, accipit in Feudum Anno 1335. Villam Cythers cum suis attinentiis, ac simul cuncta Bona Civis cujusdam Fuldensis, nomine *Stephani*, qui ob crimen perduellionis commissum Anno 1331. proscriptus fuerat.

II. *Ioannes* ab *Auvve* recipit similiter in Feudum Anno 1396. tres Domos cum adjacentibus Hortis in oppido Geysa, Pratum in Borsa &c.

B.



Banersheim.

Prob. 152. *Catharina* Relicta *Ruperti* de *Banersheim* obtinet tamquam Tutrix pro Filia sua Investituram Feudi, quod huic ex obitu dicti Ruperti patris sui obtigerat Anno 1398.

Bartensleben.

Cunradus de *Bartensleben* recipit Anno 1652. Domum Vicariatus in Vache, Feudum scilicet in dotalitium uxoris suæ *Mariæ-Agnetis*, natæ de *Berleps*.

BAST-

BASTHEIM.

Otto de *Bastheim* acquisitus Anno 1351. in Castrensem Castri sui proprii Bastheim, obligat se suosque Hæredes in aperturam ejusdem, ad quascumque Abbatum Fuldensium necessitates. Prob. 173.

I I. *Carolus* de *Bastheim* investitur de Feudo, quod ipsi ex obitu amitæ suæ *Barbaræ* de *Bastheim*, relictæ *Gisonis* de *Haispurg*, obtigerat Anno 1444.

I I I. *Balthasar* de & in *Bastheim* suscepit Anno 1569. Feudum proveniens ex avo suo materno *Joanne* ab *Ebersperg*, nimirum: medietatem villæ Dalherda, tria prædia in Hettenhusen &c. huic Balthasari Filius fuisse videtur *Wilhelmus* de *Bastheim*, cujus liberi *Otto Henricus* & *Adam*, renovationem Investituræ hujus Feudi obtinuerunt Annis 1595. & 1598. ex his

Otto-Henricus, postquam Anno 1606. partem Fratris sui Adami acquisivisset, Feudum hoc ex integro transmisit hæreditarie Anno 1641. in Filium suum *Ottonem Philippum* de *Bastheim* à quo Bona hæc postmodum Anno 1652. alienata sunt in favorem Familiæ de Mauschenheim. Vid. Mauschenheim.

I V. *Adam* de *Bastheim*, de quo jam egimus; postquam Anno 1609. recepisset in Feudum simultaneè cum Conjuge sua *Anna-Sophia* nata de *Stein*, dotis nomine summam 5000. Florenorum, provenientem ex venditione Bonorum Feudalium in Ramnungen, quæ prius fuerant *Burchardi-Mauritii* de *Stein*, eandem postmodum titulo pariter Feodali assignavit super Bonis acquisitis in Sontheim Anno 1612; ac simul novo hoc Feudo, conjunctim cum alio in Smalnav (quod sibi ac Fratri suo obtigerat Anno 1624. per obitum *Hectoris* à *Merlavv*) investitus est, transmisitque moriens Anno 1631. in Filios suos *Wilhelmum-Rudolfum*, & *Henricum-Burchardum* de & in *Bastheim* Feudum Smalnavv, altero jam divendito Anno 1627. vid. Stein in Sontheim. vid. Stein in Nordheim.

BAUMBACH alias BOINNBACH dicti de THAMBERG.

Ludovico de *Baumbach* assignantur Anno 1337. pro Castrensi Feudo deserviendo in Furstenecke reditus annui XIV. librarum Hallens. super precaria in Wizzenburn, quod Feudum in hac Gente nobili perduravit unicum, per annos centum & ultra, donec cum alio pariter masculino Feudo conjunctum fuit, scilicet XXXI. Flor. annuè in Festo S. Martini percipiendorum in Geysa, ut liquet ex Conventione desuper inita Anno 1438. ubi *Reinhardus*, *Joannes*, *Joannes-Ludovicus*, *Henricus* & *Erasmus* de *Baumbach* expressè sibi reservatam volunt libertatem adhærendi partibus Hassiæ Landgravii (cujus itidem Vasalli erant) etiam contra Ecclesiam Fuldensem, si ad hoc ab ipso prius requisiti fuissent; quo tempore durante carebant proventibus supradictis: Ceterum postquam hæc singularis forma contractus multis postmodum dissensionibus occasionem præbuisset, tandem Anno 1476. interveniente ipso Landgravio in oppido Alsfelt æquiores conditiones admisêre *Henricus*, *Ludovicus* & *Jodocus* de *Baumbach*, ex his Ludovicus forsitan solus superstes, recepit insuper in Feudum Keminatam in Eiterfelt, quæ illi ex obitu *Apelonis* de *Buchenavv* avunculi sui obtigerat Anno 1483. Prob. 174. Prob. 175.

Sequuntur nunc reliqui, eo ordine quo renovationem Investituræ Feudorum masculinorum, de quibus suprà, obtinuisse reperiuntur simultaneè.

Anno 1533. *Henricus*, *Osvvaldus*, *Jodocus*, *Ludovicus* senior, *Ludovicus* junior, & *Erasmus*, omnes nati de *Baumbach*, cum minorennibus respectivè Fratribus & Agnatis.

Anno 1543. *Osvvaldus* senior Familiæ, *Jodocus-Adam* & *Hermannus* Fratres, *Ludovicus* senior, Mareschalcus Hassiæ, *Ludovicus* junior, & *Henricus* junior Fratres. *Henricus* senior, *Helmericus*, *Valentinus* & *Adam* etiam Fratres.

Anno 1569. *Adam* junior, & Frater ejus *Henricus-Adam* senior, & *Hermannus* Fratres. *Nicolaus* & *Helmricus*, Filii minorennes Helmrici, per Tutores. *Philippus-Ludovicus* pro se, *Reinharto* Fratre & *Osvvaldo* cognato.

Anno 1571. *Adam* senior & *Hermannus* Fratres. *Adam* junior & *Henricus* Fratres. *Nicolaus* & *Helmricus* Filii Helmrici, *Valentinus-Henricus* & *Reinhardus* Filii Valentini. *Philippus-Ludovicus* & *Reinhardus* Fratres Filii Ludovici.

Anno 1595. *Reinhardus* & *Philippus-Ludovicus* Fratres, *Jodocus-Henricus* & *Ludovicus* Filii Osvvaldi. *Albertus-Guntherus* Filius Adami senioris. *Helmericus* & *Nicolaus* Filii Helmerici. *Hermannus*, Hermanni Filius; *Erasmus* & *Osvvaldus* Adami junioris Filii.

Anno 1606. *Reinhardus* & *Ludovicus* Filii Philippi-Ludovici *Jodocus-Henricus* & *Ludovicus* Filii Osvvaldi. *Helmericus* Helmerici Filius. *Albertus Guntherus* Adami senioris Filius. *Hermannus* Hermanni Filius. *Erasmus* & *Osvvaldus* Filii Adami junioris.

Anno 1638. *Ioannes-Wernerus*, *Osvvaldus-Reinhardus*, *Ioannes-Philippus Georgius-Adam*, & *Erasmus* omnes respectivè Cognati.

Anno 1650. *Erasmus* Filius Reinhardi; *Adam-Georgius*, *Wolfgangus-Henricus*, *Ioannes-Wernerus*, *Georgius-Adam*, *Ioannes-Philippus*, *Reinhardus*, & *Otto-Christophorus* Agnati.

Anno 1672. *Erasmus*, *Adam-Georgius*, *Wolfgangus-Henricus*, *Georgius-Adamus*, *Otto-Christophorus*, *Ioannes-Ludovicus*, *Adam-Reinhardus* & *Adam-Wilhelmus*; omnes respectivè Fratres & Cognati.

Anno 1678. *Wolfgangus-Henricus*, *Ioannes-Reinhardus*, *Otto-Christophorus*, *Ioannes-Ludovicus*, *Adam-Reinhardus*, *Adam-Wilhelmus*, *Adolfus-Fridericus*, *Henricus*, *Ioannes-Ludovicus*, *Reinhardus Ludovicus*, *Erasmus* & *Caspar-Burchardus* omnes respectivè Fratres & Agnati de *Baumbach*; ab his, dum ambo hæc Feuda pretio redempta fuêre, non ideo debuerunt nexu suo Vasallitico absolvi, nisi id ex mera Principis-Abbatis indulgentia factum fuerit, sed potius tenebantur Vasalli prædicti pecuniam inde perceptam in fundos convertere, eosque tenere ab Ecclesia Fuldensi titulo Feudali eodem.

BECHTELSHEIM vide MUSCHENHEIM.

BEHEM vide MOERLE.

BELDERSHEIM.

Prob. 176. *Thilonem* de *Beldersheim* acquisiverat Anno 1347. Henricus Abbas in Castrensem

ſem hæreditarium Caſtri ſui Bingenheim aſſignatis eidem, Feudi Caſtrenſis nomine, V. marcis Colonienſ. annui reditus, de Camera Abbatis percipiendis: verum is idem Feudum refutavit poſtmodum Anno 1385. in favorem *Wernheri* & *Godefridi Leſchen*, Fratrum. Prob. 178.

Alium interea ex eadem Gente, ſcilicet *Ioannem* de *Beldersheim* acquiſiverat Prob. 177. idem Henricus Abbas Anno 1353. in Caſtrenſem ſuum in Bingenheim; quod Feudum tranſiit ad deſcendentes quandoquidem illud ipſum recepit adhuc Anno 1398. Prob. 179. *Craſto* de *Beldersheim*.

BELDERSHEIM in *Honugen*.

VVernherus de *Beldersheim* inveſtitur Anno 1392. de Feudo Paterno, tertia parte ſcilicet Decimæ in Felthem. In quo ſuccedunt.

Conradus de *Beldersheim* Anno 1399.

VVernherus de *Beldersheim* Anno 1450. qui acquiſitâ alia adhuc tertia parte in eadem Decima, ambas de conſenſu Reinhardi Abbatis refutavit in favorem Agnatorum ſuorum *Ioannis* & *Conradi* de *Beldersheim* de *Grappe*. Anno 1459. ut proximiorum Hæredum.

BELDERSHEIM, dicti *Grappe* ſive *Groppe*.

Ex hac ſtirpe *Hermannus* de *Beldersheim* Eques, accepit in Feudum Anno 1398. duas Curtes cum ædificiis ſitas in Berſtad; id quod mox Hubis aliquot ac parte etiam Decimæ ibidem, auctum ſucceſſivè & hereditariè obtinuerunt

Ioannes de *Beldersheim* Anno 1417.

Richuvinus de *Beldersheim* ejus Filius Anno 1422.

Fridericus & *Ioannes* de *Beldersheim* Anno 1439.

Joannes de *Beldersheim* Anno 1450.

Ioannes & *Conradus* de *Beldersheim* Anno 1456. quibus inſuper duæ tertiæ partes decimæ in Feltheim obtigerunt, ex libera reſignatione Agnati ſui *VVernheri* Prob. 180. de *Beldersheim*, ut ex litteris datis Anno 1459. die Mercurii poſt Bonifacii.

Ioannes de *Beldersheim* cuncta ſimul. Anno 1474.

Ervvinus de *Beldersheim* Anno 1490.

Conradus de *Beldersheim* Anno 1506.

BELSHEIM vide *Gaſt*.

BENHUSEN.

Sebaſtianus de *Benhuſen* inveſtitur de Feudo Caſtrenſi deſerviendo in oppido Vache, quod à defuncto Patre ſuo hæreditaverat Anno 1443.

BERE.

Conradus Bere accepit Anno 1451. Feudum, quod illi obtigit ex parte *Ioannis* de *Marborn*, cujus Filiam *Cunigundim* duxerat uxorem.

Berge.

Hæc Gens, vetus Castrense Feudum obtinebat in Geysa, quandoquidem il-
Prob. 181. lud Henricus Abbas etiamelioratum ex Bonis sibi caducis quondam *Bertholdi* de *During*, confirmat *Conrado* an dem *Berge* Armigero, Anno 1336. Pervenit id omne postmodum per successionem ad *Conradum* an dem *Berge* Præpositum S.
Prob. 182. Michaelis prope Fuldam, Anno 1423. qui Juri suo cessit in gratiam *Conradi* Filii quondam *Andreæ* an dem *Berge*.

Bergen dicti *Kessel*.

Joannes-Adolfus de *Bergen* investitur de Feudo dotalitio uxoris suæ *Sabinæ* natæ de *Prumheim* Anno 1607. quod postmodum ipsamet relicta Vidua obtinet Anno 1648.

Berllesteden.

Prob. 183. *Adelheidis* de *Berllsteden* succedit post obitum Fratris sui in Bona Feudalia sita in Heringen &c. quorum & investituram obtinet Anno 1428.

Berleves sive Berleyvves.

Prob. 184. *Tylo* & *Arnoldus* Fratres de *Berlevess* accipiunt Anno 1350. Villas suas proprias in Feudum ab Ecclesia Fuldensi: nimirum Villam Ermenesvverde cum Jure Patronatûs, villam Soderode, & medietatem villæ Blickershusen.

vid. Hayn. *Ioannes* de *Berlevvess* investitur Anno 1376. de Bonis quibusdam in Ermesvverde, & decima in Willershusen.

Berlichingen seu Berlingen.

Burchardus de *Berlichingen* accipit medietatem Decimæ in Miltz &c. quod Feudum pretio acquisivit à *Conrado Geyer* de *Gibilstad* Anno 1578. ac de eodem denuò investitur Anno 1585. in quo dein successerunt ordine, ut sequitur.

Ioannes-Reinhardus de *Berlichingen*, in *Iachtshausen* Annis 1597. 1603. & 1607.

Anno 1609. ejus Filii *Ioannes-Conradus*, *Melchior-Reinhardus*, *Ulricus-Christophorus* & *Otto*. Quorum duo postremi minorennes Tutoribus usi sunt *Ernesto* de *Berlichen* in *Serfelden*, & *Ioanne-Christophoro Rosenstein* ab *Adelsmansfelden*.

Anno 1623. *Melchior-Reinhardus* pro se, & Tutorio nomine pro ex *Ioanne-Conrado* Fratre minorennibus Nepotibus, *Ioanne Ottone*, *Ioanne-Reinhardo*, & *Ioanne-Godefrido*.

Anno 1636. *Melchior Reinhardus* & *Ioannes Reinhardus* Cognati.

Anno 1656. *Ioannes Philippus*, Joannis-Reinhardi Filius pro se & suis Hæredibus.

Anno 1672. *Ioannes-Philippus* pro se & *Melchiore-Reinhardo* & *Philippo Reinhardo-Godefrido* Agnatis.

Anno

Anno 1679. *Melchior Reinhardus* & *Ioannes-Philippus.*

Anno 1686. *Philippus-Reinhardus* & *Erardus-VVilhelmus* Fratres, Filii quondam Melchioris-Reinhardi.

Annis 1696. & 1701. *Erardus-VVilhelmus* & *Ioannes-Philippus* Filius Philippi-Reinhardi.

Anno 1712. & 1715. *Erhardus-VVilhelmus*, *Ioannes-Reinhardus*, *Philippus-Adam*, *Henricus-Augustus* & *Ioannes-Fridericus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Berlichingen*, ex his cum Anno 1722. obiisset Joannes Reynardus Commendator Ord. Teutonici in Freudenthal, reliqui denuo Investituræ renovationem obtinuerunt.

BERLIPS in *Rosla*, *Tannsbruken*, & *Echzell.*

Conradus-Tylo de *Berlips* investitur de Feudo dotali uxoris suæ *Barbaræ*, natæ *Georgii* ab *Ebersberg*; nimirum de parte Castri Ebersberg cum attinentiis &c. Anno 1571. quod Feudum postmodùm hæreditavit Filius ejus *Volcmarus* de *Berlips*, simultaneè cum matre sua Barbara Anno 1598.

Accessit dein huic Genti titulo emptionis Feudum aliud ex integro, nempe in Popenhausen, Echzell &c. quod illi hucusque commune fuerat cum *Philippo-VVilhelmo* & *Ioanne-Eustachio Specht* de *Bubenheim*, de quo simultaneè investiti fuerunt Anno 1611. videlicet *Otto-VVilhelmus*, *Ericus-Volckmarus*, *Sitticus*, & *Conradus-Ernestus* Fratres, nati de *Berlips*. Successeruntque ut sequitur: Vid. Specht de Bubenheim.

Anno 1623. *Sitticus*, *Ericus-Volckmarus*, & *Conradus-Ernestus* de *Berlips.*

Anno 1642. *Sitticus* & *Conradus-Ernestus*, tum & *Otto VVilhelmus* pro se & minorenni Fratre *Ioanne-Philippo* ambo Filii quondam Erici-Wolckmari.

Anno 1663. *VVilhelmus-Ludovicus*, Filius quondam Ottonis-Wilhelmi; pro se & pro Cognatis suis *Erico-Volckmaro* & *Burchardo-Hartmanno*, Filiis quondam Conradi-Ernesti.

Anno 1679. *Maria-Gertrudis* nata de *Gutenberg*, *VVilhelmi-Ludovici* de *Berlips* relicta vidua pro minorennibus Filiis suis *Sittico-Herboldo* & *Petro-Philippo*, ac simul eorum Agnatis *Erico VVolckmaro* & *Burchardo-Hartmann* de *Berlips.*

II. *Itelius* de *Berlips* investitur Anno 1608. de Feudo dotali uxoris suæ *Margaretæ*, natæ à *Dornberg*, nempe medietate Decimæ in Hausem &c.

BERLIPS in *Seebach*, *Henningsleben* &c.

Feudum, nempe XII. Hubæ & V. Curtes in Henningsleben, quod prius fuerat *Friderici* & *Casparis* Fratrum de *Goltacker*, pretio acquisiverunt; ac de eodem investiti sunt simultaneè. Vid. Goltacker de Weberstat.

Anno 1614. *Hartmannus* Filius quondam *Iodoci* de *Berlips*, tum & cognati sui, *Henricus* de *Berlips* in Seebach, *Caspar* de *Berlips* in Grossenbodingen, (huic jam ab Anno 1609. obtigerat pars alia Feudorum Familiæ de Thann, ratione uxoris suæ *Dorotheæ Susannæ* natæ de *Thann*) *Ioannes-Christophorus* & *Sitticus* Fratres de *Berlips* in Farenbach, *Burchardus* & *Adolfus* Fratres de *Berlips* in Gotlofs, ac denique *Fridericus-Sitticus* & *Christophorus-Sitticus* Fratres de *Berlips* in Gaderstad, quibus in hoc Feudo successisse reperiuntur vid. Doringberg in Hirtzberg.

Anno

Anno 1650. *Hartmannus* de *Berlips* in Séebach, *Christianus-Guntherus* Filius Eberhardi de Berlips; *Caspar* Filius Adami-Hartmanni, minorennes; tum *Joannes Christophorus* & Frater ejus *Jodocus-Morian.*

Anno 1671. *Caspar-Adam* de *Berlips* in Séebach & Henningsleben, *Iodocus-Morian.* Dein *Joannes-Otto* & *Joannes-Christophorus* Fratres, Filii quondam Joannis-Christophori. *Joannes-Philippus* & *Otto-Wilhelmus* Filii quondam Volckmari. *Burchardus* Filius Hartmanni, *Wilhelmus-Ludovicus* Sittici Filius, *Hartmannus* Conradi-Ernesti Filius. Omnes respectivè Fratres & Cognati de *Berlips.*

Anno 1708. *Hartmannus*, *Otto-Henricus* & *Caspar* respectivè Fratres & Cognati de *Berlips* pro se ac suis Hæredibus.

Anno 1716. *Caspar* de *Berlips* pro se, ac simul pro *Ottone-Henrico* & *Gottlieb-Erdmanno.* Similiter pro *Jodoco-Morian* de *Berlips* in Berlips, & *Thoma-Christiano* de *Berlips* in Buhle.

BERNKE.

Prob. 186. *Ioanni Bernke* Militi, pro damnis perpessis in obsidione Castri Werberg, Anno 1357. assignat Henricus Abbas libras Centum Hallens. Fuldensis monetæ, cum aliis sexaginta libris, nomine Castrensis Feodi hæreditarii, deserviendi in Arce Wildeck.

BIBRA.

Prob. 187. *Hermannus* de *Bibra* acquisitus fuit in Castrensem Hæreditarium in Arce Salzungen Anno 1357. & assignantur eidem X. lib. Hallens. annui reditus super precaria in Geysa, redimendi pro summa librarum Centum.

Succedit in hoc Feudo Anno 1399. *Joannes* de *Bibra*, cui postmodùm & aliud simile obtigit in Oppido Vache: utrumque Filius ejus *Ioannes* de consensu Abbatis Fuldensis contulit Anno 1453. ad opus servorum B. Virginis ibidem.

BIBRA in *Mellerstatt.*

Bertoldus de *Bibra* investitur de medietate Villarum Rapprechtshausen, & Gersrode cum attinentiis &c. Anno 1450. in quod Feudum succedunt, eo quo sequuntur ordine investiti.

Anno 1475. *Conradus* de *Bibra.*

Anno 1485. *Valentinus* de *Bibra*, Henrici quondam Filius.

Prob. 188. vid. Schenckevvalt. *Ioannes* & *Christophorus* Fratres de *Bibra*, quibus simul obtigerunt Anno 1511. omnia Bona, quæ Avunculus eorum *Simon* de *Schenckevvalt* pariter in Feudum habuit ab Ecclesia Fuldensi.

Anno 1522. 1541. *Georgius* de *Bibra.*

Anno 1550. & 1569. *Ioannes* de *Bibra* Georgii Filius.

Anno 1584. *Valentinus* & *Bernardus* Fratres, Filii Joannis de Bibra, post cujus obitum, Stemma divisum est in

BIBRA

Bibra in *Irmelhausen*, & Bibra in *Rosrid*.

Bernardus de *Bibra*, idem qui supra, dictus in *Irmelhausen*, ejusdem etiam Feudi Investituræ renovationem obtinuit Anno 1596. simul cum relictis ex Fratre suo Valentino de Bibra dicto in *Rosrid*, Nepotibus minorennibus *Ioanne* & *Georgio*, quorum Tutores erant *Mauritius* Marescalcus de *Ostheim*, *Adam-Wolfgang*, *Heldrit*, & *Albertus* de *Steinavv*.

Anno 1610. *Ioannes* & *Georgius* de *Bibra* in Rosrid, & Tutorio nomine pro relictis minorennibus ex Bernardo de Bibra in Irmelhausen, Agnatis.

Anno 1624. *Georgius* de *Bibra* in Rosrid; tum etiam *Ioannes-Casparus*, *Ioannes-Erardus*, & *Ioannes-Christophorus* de *Bibra* in Irmelhausen, pro se & Tutorio nomine pro *Adolfo Christiano*, *Ioanne-Antonio-Ernesto* & *Ioanne-Friderico* Fratribus, relictis minorennibus quondam Joannis de Bibra in Rosrid. Transiit dein Anno 1649. ad Familiam *Truchses* in *Wezhausen*. Vid. Truchses.

Bicken.

Fridericus de *Bicken* investitur Anno 1397. de Feudo Paterno, nimirum Decima in Hesele &c. post cujus obitum cum Feudum occultaretur, ac diutinè silerent hæredes; illud *Godefridus* ab *Hozfelt* inquisivit, ac denuntiatum obtinuit ab Ecclesia Fuldensi Anno 1450. pro se, suisque posteris. vid. Hozfelt.

Bickenbach.

In amicabili compositione inter Berthoum Abbatem Fuldensem, & Reinhardum Dominum de Hanau inita Anno 1275. super Castro Bickenbach, mentio fit *Friderici* de *Bickenbach*, cui prædictus Abbas tenebatur assignare in Castrense Feudum, tria Talenta Denariorum Fuldensium annui reditus: post hunc alius ex hac gente non occurrit præter *Ulricum* de *Bickenbach*, qui in Feudum masculinum habebat Castrum & Villam Habersheim cum attinentiis suis, Villas Czimmern, Sparbrucken, Zilhart, &c. nec non Jus Patronatus in Hofheim, quæ omnia simul post ejus obitum Anno 1340. cùm non adesset masculus hæres, Henricus Abbas Ecclesiæ suæ Fuldensi ut aperta revindicavit, etiam ex judicio & sententia Parium Curiæ suæ Feudalis: Verum mox commiseratus sortem *Elisabethæ* viduæ, ac Filiarum ejus, quibus sanguine junctus erat, eas simultaneè, certis tamen sub conditionibus, de iisdem Bonis investivit, instar novi Feudi, non oblati, sed dati: ut liquet ex litteris dat. Francofurti Anno 1342. in quibus & *Conradus* de *Bickenbach* quartam partem suam ejusdem Castri Habersheim pro more obtinuit; de Jure autem Patronatus in Hofheim, quod Anno 1351. refutaverat, ejus posteri nihilominus hoc ordine investiti reperiuntur. Prob. 558. Prob. 189. & 190. Prob. 191.

Conradus de *Bickenbach* Anno 1397.

Ulricus de *Bickenbach* Anno 1440. *Conradus* de Bickenbach Anno 1473. à quo per obitum transiit Anno 1484. ad Familiam Comitum de *Erpach*. Prob. 54.

II. Superest & alia notitia circa *Michaelem* de *Bickenbach*, qui Anno 1466. cuncta Bona sua in superiori & inferiori Flanstat, Birkes, Richelsheim & Berstat, quæ ab Ecclesia Fuldensi tenebat in Feudum, eâdem consentiente, vendidit *Henrico* de *Buches*. vid. Buches.

BILSTEIN.

Prob. 192. vid. Brandenburg. *Henricus* de *Bilstein* simultaneè cum Filio suo *Friderico* recipit in Feudum Bona in Sunneburn & Hain Anno 1306.

Idem Henricus de consensu nobilium virorum *Guntheri* & *Friderici* Fratrum Dominorum de *Salza* suorum proximorum Hæredum, substituit IV. mansos de suis propriis in Villa Albungen sitis, in locum & restaurum totidem Mansorum
Prob. 193. in Obernhonde, quos tenebat in Feudum ab Ecclesia Fuldensi, quæ & eosdem appropriaverat Monasterio in Germerode Anno 1308.

BINBACH sive BIENBACH & BIMBACH.

Exstat in Corpore Traditionum Fuldensium sub Num. 660. Charta Berthoi Abbatis, data Anno 1278., ex qua huc referenda sunt, ea quæ sequuntur.

„*Tragebodo* de *Binbach* coadunatâ manu uxoris suæ *Cunigundis*, ad manus no-„stras libere resignavit IIII. Talenta Fuldens. Denariorum, quæ de moneta nostra „Fuldensi, singulis annis, tam ipsi quam sui hæredes percipere debuerunt, quo-„rum unum antiquum & justum Feodum fuit, reliqua III. suis progenitoribus & ei-„dem Tragbotoni & suis hæredibus pro Feodo Castrensi perpetuo à nostris præde-„cessoribus collata fuerunt, in quorum recompensationem II. Mansos in Villa Gun-„thers sitos, multo meliores, quam dicta III. Talenta, pro Feodo Castrensi nobis „& Abbatibus nobis succedentibus, assignavit.

Prob. 194. I I. *Conradus* de *Bienbach* de consensu *Giselæ* uxoris, quin & de speciali licentia Abbatis Fuldensis quandam commutationem Bonorum Feudalium in superiori Bimbach & Hartertshausen init cum Cœnobio Sanctimonialium in Blanckenavv Anno 1320.

I I I. *Wilhelmus* de *Bienbach* partem suam Castri Makencelle quod illi cum Gente Schenckenvvaldica commune erat, Henrico Abbati ac suæ Ecclesiæ Fuldensi offert in Feudum, cum apertura. Anno 1361.

Prob. 197. I V. *Joanni* de *Bienbach* ob continuum suum ac fidele servitium concedit Henricus Abbas in Feudum ad dies vitæ tantùm, Domum cum Curte & Horto in Oppido Fulda, Anno 1366.

V. *Otto* de *Bienbach* præter Bona quædam in Luder super quibus *Juttæ* uxori suæ Dotalitium constituerat Anno 1373. alia adhuc possedit, ut sunt: Feudum Castrense in Geysa, Curtis in Butlar &c. quæ cuncta simul post ejus obitum Anno 1380. transierunt in Familiam *Tann* de *Franckenberg*. vid. Tann de Franckenberg.

BIENBACH de *Gerstungen*.

Prob. 195. *Henricus* de *Bienbach* recipit Anno 1321. in parata & numerata pecunia, quinquaginta libras Denar. Fuldensium pro quibus transfert in Dominium Ecclesiæ Fuldensis proprietates suas in Villis Hanovve & Lengsfeldt, jure & titulo Castrensis Feodi in Vache deserviendi, deinceps possidendas.

II. *Joan-*

I I. *Joannes* de *Bienbach* obtinet Anno 1396. renovationem Investituræ Feudi sui, scilicet III. Hubarum in Campis Oppidi Gerstungen.

Birkes.

Joanni de *Birkes* acquisito in Castrensem hæreditarium Castri Lichtenberg Anno 1362. assignantur in Castrense Feudum reditus VIII. librar. monetæ Salzungensis super precaria ibidem annuè percipiendi. Prob. 199. vid. Scopf. fol.

Bisa.

Petrus, *Fridericus* & *Ioannes* de *Bisa* Fratres Anno 1423. investiuntur simultaneè de veteri Feudo paterno, quod erat Jurisdictio & Bona in Burnfelt, simul cum solitudine seu deserto Riden, prope Lupnitz.

Investituræ renovationem obtinuerunt Anno 1473. *Ludovicus* & *Ioannes* de *Bisa.*

Bischofesrode.

Eberhardus & *Georgius* de *Bischofesrode* investiuntur de Feudo Castrensi deserviendo in Salmunster Anno 1490.

Bissingen.

I. *Bertoldus* & *Bertoldus* de *Bissingen* Fratres, accipiunt Anno 1393. in Feudum Bona in Pferdstorff, quæ prius fuerant *Wezelonis* de *Stein.*

I I. *Bertoldus* de *Bissingen* investitur de Bonis in Rabenau & Engilgavv, Anno 1429., quod Feudum post ejus obitum Anno 1434. obtigit *Conrado* de *Utenrode*, qui sororem ejus in uxorem duxerat. vid. Utenrode.

Bittelde.

Ioannes de *Bittelde* investitur de Feudo dotali uxoris suæ *Annæ*, natæ de *Boventheim*, scilicet parte in Wildershausen &c. Anno 1586. quod Feudum post obitum dictæ Annæ obtinuit eorum Filius, vid. Boventheim.

Henricus de *Bittelde* Anno 1599. cui postmodum successit *Henricus* - *Iulius* ejus minorennis Filius Anno 1628. sub Tutela *Hermanni* ab *Uffel*; verum postquam is obiisset absque liberis, investituram hujus Feudi obtinuerunt Anno 1640. ejus sorores adhuc innuptæ, videlicet *Anna-Elisabetha*, *Apollonia*, *Guda-Margareta*, *Magdalena* & *Sabina* de *Bittelde* primùm per Tutorem suum *Godefridum* de *Wallenstein*, dein Anno 1645. per provasallum suum *Hermannum* ab *Hundelshausen*: denique Investituræ hujus renovationem petierunt Anno 1655. ex iis superstites *Apollonia*, *Magdalena* & *Sabina* de *Bittelde*, quas omnes supervixisse videtur *Sabina*, quæ Feudum hoc integrè in dotem secum transtulit in Familiam *Koëttger* de *Diepenbrock* circa Annum 1660. vid. Koerger.

 BLA-

Blafeld sive Blavelt.

Prob. 200. *Theodoricum* & *Henricum* de *Blafelt* acquirit Henricus Abbas in Castrenses hæreditarios Castri sui Salecke, eisque confert in Castrense Feudum Bona cuncta, quæ fuerant quondam *Wigandi* de *Eschinbach* Anno 1339. Substitit adhuc idem Feudum vid. Stopfel. post annos centum evolutos in persona *Alberti* de *Blafeld*, qui de eodem investitus fuit Anno 1439.

Blanckenvvalt.

Prob. 201. *Hermannus* de *Blanckenvvalt* coadunata manu Conjugis suæ *Agnetis*, confert Anno 1265. ad constructionem & dotationem Cœnobii Sanctimonialium in Blanckenavv, montem Blanckenberg, in quo aliquando Castrum situm fuerat, Villas Stacken & Gorisrode cum attinentibus prædiis, curtibus & hortis, quæ omnia ab Ecclesia Fuldensi hactenus tenuerat in Feudum.

Prob. 202. *Simon* de *Blanckenvvalt* Parentum suorum pietatem imitatus, donat eidem Cœnobio Anno 1308. inter alia plura, Villam Henzelle, quam similiter ab Ecclesia Fuldensi habuerat in Feudum, ut & medietatem Villæ Mose cum attinentiis.

Joannes de *Blanckenvvalt* in idem Cœnobium beneficus, confert ei Anno 1390. ædes suas sitas in Herberstein cum attinentiis, de licentia expressa Abbatis Fuldensis, à quo eas tenebat in Feudum.

Conradus de *Blanckenvvalt* Filius Joannis de Blanckenvvalt, investitur Anno 1454. de Feudo Paterno, Curte scilicet in Martrecelle &c.

Bleichenbach.

Prob. 203. *Eckhardus* de *Bleichenbach* de consensu *Megaldis* conjugis suæ, accedente etiam licentia Henrici Abbatis Fuldensis, alienat Anno 1330. in favorem *Nicolai* Physici, seu Medici de Fulda; Advocatiam in Friensteina cum redditibus ad eam pertinentibus, quam hactenus possidebat in Feudum.

vid. Gunzerode & Spala. II. *Rudolfus* de *Bleichenbach* Feudum suum in Sotzbach, Richenbach, &c. contulit Anno 1419. in dotem Filiæ suæ nuptæ *Friderico* de *Gunserode*: Alteri autem Genero suo *Hermanno* de *Spala* subinfeudaverat tertiam partem Decimæ in Heiden; suum in his consensum præbente Abbate Fuldensi.

Bocholtz.

vid. Romroda in Holzheim. *Caspar* de *Bocholtz* acquirit Anno 1655. à Nobilibus de *Romrode*, partem Castri Luder &c. de quo Feudo simultaneè cum Filio suo

Francisco-Caspare de *Bocholtz* investitus, renovationem ejusdem obtinuit, Annis 1672. & 1679.

Boickendorf.

Prob. 204. *Guntherus* de *Boickendorff* uxore sua *Cecilia*, Filiis pariter, Filiabusque suis adstipulantibus, resignat in manus Conradi Abbatis Fuldensis Feudum, quod ab eodem

eodem & Ecclesia sua possidebat, in Gersbeche & Grimelrode, investiturque Anno 1178. de alio æquivalente in Culaa, quod in locum prioris substituerat Dithmarus, secundus Abbas in Walkenriede, in cujus gratiam hæc commutatio solemnis facta fuerat.

vid. Wangenheim in Winterstein.

Boineburg seu Bomelburg & Bemelburg.

vid. Vulrede.

Nobilis hæc Prosapia in plures Stirpes hodiedùm dividitur: Nos eas hic recensemus, quæ clientelari nexu erga Ecclesiam Fuldensem obstrictæ reperiuntur.

Boineburg in *Borsla* seu *Borsa*.

Huic Stirpi cognomentum addidit Keminata sita in Borsa, quæ quondam vetus Feudum fuerat Gentis *Buttlariæ*, à qua transiit Anno 1497. in illam de *Hune*, vid. Buttlar & Hune. perstititque in eadem aliquamdiu, donec illud à *Philippo-Martino* de *Hune* acquisivit Anno 1533.

Hartmannus de *Boineburg*, qui & de eodem investitus est Anno 1534. transmittens illud ad Hæredes suos hoc ordine, prævia investitura.

Wilhelmus & *Christophorus* de *Boineburg* succedunt Patri Hartmanno defuncto Anno 1569. dein

Georgius-Hartmannus, *Ernestus-Ludovicus*, *Crafto-Christophorus* & *Christophorus*, respectivè Fratres & Agnati Anno 1606. vid. Romrode in Dipperts.

Ex his Tres priores, Filii nimirum quondam Wilhelmi de Boineburg, acquirunt insuper Feudum Dotale Matris suæ *Sabinæ* de *Boineburg* natæ *Schaden* de *Leuboltz* Anno 1608. in quod pariter admittunt ex defuncto Fratre suo Georgio-Hartmanno Nepotes *Ludovicum*, *Hermannum*, *Kunigundim* & *Barbaram* de *Boineburg*, dicti in *Dipperts*. ad differentiam aliorum. Anno 1622. quo *Crafto-Christophorus* partem suam in hoc ipso Feudo Dipperts transtulit in Familiam Romrode.

Christophoro autem qui suprà, nimirum Christophori de *Boineburg* Filio, successit in Feudo Borsa *Joannes-Bertoldus* ejus Filius Anno 1624.

Boineburg in *Gerstungen*.

Ex hac Linea acquisivit Anno 1355. Abbas Henricus de Kraluck *Cunradum*, *Hermannum*, *Heimeradum* & *Henricum* Fratres de *Boineburg*, in Castrenses hæreditarios Castri sui Wildeck, persolutis iis pro Castrensi Feudo Libris Centum, monetæ Fuldensis; id quod successivè, postmodùm obtinuerunt.

Anno 1396. *Heimbrecht* de *Boineburg*.

Anno 1433. *Wernherus* de *Boineburg* Filius præcedentis, qui illud una cum alio Feudo in Dangmareshusen & Leimbach prope Heringen, transmisit per obitum in Filios suos *Henricum* & *Ottonem*, incertum quo anno: verumtamen illorum prior *Henricus*, hujus Feudi Investituræ renovationem obtinuit Anno 1467. tam pro se, quam pro relictis ex Fratre suo Ottone minorennibus Nepotibus *Ludovico* & *Hermanno* de *Boineburg*.

Boineburg in *Gerstungen* & *Kleinensee*.

Melchior-Rudolfus de *Boineburg* acquirit Anno 1604. ab *Hermanno* de *Wangen*-

vid. Waagenheim in Winterstein. *genheim* Feudum Castrense in Gerstungen, quod prius possidebant Nobiles à *Dieden*. In hoc Feudo succedunt

Ernestus-Christophorus de *Boineburg* Anno 1645.

Fridericus-Christophorus de *Boineburg* post obitum Patris sui Melchioris. Anno 1675.

vid. Vulteé. *Wolfgangus-Daniel* Baro de *Boineburg* in *Lengsfeld*. Hoc Feudum de consensu Principis à præcedenti acquisivit Anno 1715. à quo transiit ad Familiam de *Vulteé*.

BOINEBURG in *Hoenstein* seu *Hanstein*.

Henricus de *Boineburg* investitur Anno 1399. de Bonis plurimis, sitis in Cappel, Salmanshausen, Gerstungen &c. in quod Feudum successerunt longo ordine, licet mox aliquantùm interrupto.

Anno 1433. *Hermannus* de *Boineburg*.

Anno 1446. *Hembrot* de *Boineburg*.

Anno 1479. *Reinhardus* de *Boineburg* idem qui conditor Gentis *Boineburgicæ* in *Luder*, de qua infrà: huic jam ab Anno 1442. obtigerat Feudum aliud nempe Villa Hayn cum attinentiis, ex parte dotis Conjugis suæ *Agnetis* N.

Anno 1549. *Reinhardus* & Frater ejus *Heinricus* de *Boineburg*. *Ioachim*, *Ioseph*, *Iodocus* & *Hembrot*, relicti quondam Heimbroti de Boineburg Filii. *Hembrot* & *Philippus* Henrici quondam Filii. *Fridericus* & *Walrabe* Friderici quondam Filii, Omnes respectivè Fratres & Agnati de *Boineburg*.

Anno 1563. *Reinhardus* de *Boineburg*. *Walrabe* de *Boineburg*; tum *Ioannes-Iodocus*, *Burchardus* & *Conradus* quondam Philippi de Boineburg minorennes Filii. *Gerardus*, *Joannes*, *Stephanus* quondam Hermanni de Boineburg Filii. *Jodocus* & *Hembrot* Fratres. *Burchardus*, *Ioannes-Hembrot* & *Ioannes-Otto* quondam Joachimi de Boineburg Filii. *Ioannes-Georgius* & *Jodocus* Josephi quondam Filii.

Anno 1571. Omnes ut suprà: excepto quod hic cum aliis simultaneè succedant *Stephanus* & *Hermannus* relicti quondam Joannis de Boineburg, liberi.

Anno 1595. *Burchardus* de *Boineburg* tum & reliqui ejus Agnati. *Iodocus*, *Fridericus-Hermannus*, *Walrabe*, *Waltherus*, *Henricus*, *Hermannus*, *Fridericus*, *Balthasar-Philippus*, *Iodocus-Christophorus*, *Iodocus-Fridericus*, *Christophorus* & *Ioannes-Hermannus*.

Anno 1603. *Iodocus-Christophorus* unà cum reliquis suis Agnatis *Burchardo*, *Iodoco*, *Friderico-Hermanno*, *VValrabe*, *VValthero*, *Henrico*, *Hermanno*, *Iodoco-Friderico*, & *Ioanne-Hermanno*.

Anno 1643. *Reinhardus* Filius quondam Friderici-Hermanni. *Rabanus* Walrabi Filius. *Adam* & *Cunradus-Leopoldus* Jodoci quondam Filii. *Philippus-Burchardus* Jodoci-Friderici quondam Filius.

Anno 1651. Omnes simul, ut suprà; excepto *Rabano* in cujus defuncti locum succedunt ejus Filii *VValrabus* & *Ioannes-Henricus*.

Anno 1671. Nihil hic pariter immutatum in serie, nisi quod *Adamo* defuncto succedant nunc ejus Filii *Iodocus-Henricus* & *Christianus-Leopoldus*.

Anno 1678. *Philippus-Burchardus* senior Familiæ, una cum *Friderico* & *Philippo* Reinhardi quondam Filiis; *VValrabo* & *Ioanne-Henrico*, Rabani Filiis; *Iodoco-Henrico* Filio Adami; *Friderico* Friderici Filio.

Anno

Anno 1689. *Fridericus* Familiæ senior, *Walrabus* & *Ioannes-Henricus* Rabani Filii, *Philippus* Reinhardi Filius, *Iodocus-Henricus* Adami Filius: tum & *Hermannus-Fridericus*, *Christianus-Ludovicus*, *Wilhelmus-Carolus*, *Levinus-Walrabe* & *Antonius-Philippus*, Filii quondam Friderici de Boineburg ex Susanna nata de *Dona*.

Anno 1701. *Fridericus*, iterum ut senior; *Iodocus-Henricus* Adami Filius, *Hermannus-Fridericus*, *VVilhelmus-Carolus* & *Levinus VValrabe* Friderici quondam Filii: tum etiam *Reinhardus-Fridericus* & *Philippus* Philippi Filii. *Ioannes-Fridericus* & *Ioannes-VValrabe* Walrabi Filii.

Anno 1715. *Iodocus-Henricus* Familiæ senior pro se & *VVilhelmo-Carolo* & *Levvino-VValrabe* Filiis quondam Friderici. Tum Juditha-Augusta Tutorio nomine pro Filio suo *Friderico-Carolo* ex Hermanno-Friderico progenito. Denique *Reinhardus Fridericus* & *Philippus* Filii, quondam Philippi. Omnes respectivè Fratres & Agnati de Boineburg ab Hoenstein.

BOINEBURG in *Lengsfelt.*

Ludovicus de *Boineburg* acquirit Anno 1523. à *Philippo* de *Herda* Feudum Castrense in Lengsfeld, cum duabus curtibus ibidem, aliisque prædiis; illudque transmittit ad Hæredes, hoc successionis simultaneæ ordine. Vid. Herda Num. IV.

Anno 1560. *Georgius*, *Ioannes-Georgius*, *Ioannes-Ludovicus*, *Ioannes-VVilhelmus* & *Ludovicus* respectivè Fratres & Agnati de *Boineburg* Investituræ renovationem obtinent.

Anno 1570. *Ioannes-Georgius* Familiæ senior pro se, & *Ioanne-VVilhelmo* Fratre, tum pro *Ludovico* Agnato, & pro *Ernesto* relicto ex Fratre Joanne-Ludovico Nepote.

Anno 1623. *Ludovicus* Familiæ senior pro se, & *Ioanne-Ludovico-VVilhelmo*, *Georgio-Burchardo*, *Itelio-Melchiore* & *Christophoro* Agnatis suis.

Anno 1643. *Itelius-Georgius* ut senior, pro se & duobus Fratribus suis *Friderico-Mauritio* & *VVilhelmo-Christophoro*, Itelii-Melchioris Filiis. Tum pro *Hermanno Christophoro* & *Christiano* quondam Georgii Friderici Filiis; *Ludovico* quondam Georgii Burchardi Filio, & *VVolfgango-Daniele* quondam Christophori Filio.

Anno 1672. *Itelius-Georgius* iterum ut senior, pro se & Fratre suo *VVilhelmo-Christophoro*, tum & Agnatis suis *Christiano-Ludovico* & *VVolfgango-Daniele*: ac denique pro *Ioanne-Christiano*, *Georgio-Christophoro*, *Georgio-Friderico*, *Ioanne-Philippo* & *Ioanne Ludovico* quondam Hermanni-Christoph. Filiis.

Anno 1707. *VVilhelmus-Christophorus* Familiæ senior pro se & Agnatis suis *Georgio-Henrico*, *VVolfgango-Daniele*, *Friderico-Carolo*, *Ioanne-Christophoro*, *Ioanne-Philippo*, *Ioanne-Ludovico*, *Ioanne Georgio*, *VVolfgango-Daniele*.

Annis 1711. & 1715. *Georgius-Henricus* senior Familiæ pro se, & Agnatis suis ut suprà.

BOINEBURG in *Luder*, & *Hochenburg.*

Reinhartus è Stirpe Boineburgica de *Hoenstein*, investitur Anno 1452. tanquam Provasallus de Feudo Dotali Conjugis suæ *Annæ* relictæ Filiæ *Caroli* de *Luder*, in quod Feudum (nempe partem Castri Luder cum attinentiis) successit postmodum Filius ejus *Reinhartus*, deinde vid. Luder.

Anno

Anno 1536. ejus Filii *Georgius*, & *Conradus* de *Boineburg* in *Luder*, verum extincto Georgio, ac paulo post etiam Conrado, solus superstes remansit Anno 1571, *Conradus* Conradi Filius, quo haud dubie absque liberis defuncto, successit ex proximioribus Hæredibus in idem Feudum

Anno 1592. *Conradus* senior, Baro de *Boineburg* & *Hochenburg*, qui id ipsum Feudum refutavit

Anno 1616. ac de eodem Filios suos *Conradum* & *Ioannem* simultaneè investiri obtinuit, in quod etiam admissus fuit Anno 1640. Frater eorum natu-minor *Fridericus-Carolus*: nec haud diu post, *Matthias-Benedictus* de *Rindorf*, Præpositus montis S. Andreæ illud ab iis acquisivit de consensu Abbatis sui Fuldensis.

BOMERSCHEIM.

Prob. 205. vid. Buches. *Heilmanno* de *Bomerscheim*, *Irmingardi* uxori suæ, ac eorum Hæredibus, Feudorum capacibus, confert Henricus Abbas duas Hubas in Riselsheim, Anno 1311. quod Feudum Ecclesiæ Fuldensi apertum fuerat ex obitu *Ruperti* de *Buches*.

II. *VVolfgangus* Filius *Ruperti* de *Bomerscheim*, investitur Anno 1429. de XIIII. Hubis tam in Bomerscheim quam & in Nuvvenheim sitis, quod Feudum Reinhardus-Abbas, ut sibi apertum, transtulit in Familiam *VValdenstein*. vid. Waldenstein.

III. *VVolfgangus* de *Bomerscheim*, alius à præcedente, accipit in Feudum, Curiam Dominicalem in Bomerscheim, & Homines S. Bonifacii in Ursel Anno 1441. in quod deinde successerunt

Anno 1488. *VVilhelmus*, *Rupertus*, & *Gavvinus* de *Bomerscheim* Fratres.

IV. *Ioannes Eberhardus* & *Caspar Godefridus* de *Bomerscheim* acquirunt Anno 1604. Bona in Berstad, quæ fuerant Feudum dotale matris suæ *Annæ*, Filiæ quondam *Ottonis Gans* de *Otsperg*, iis, ut videtur, postmodum absque liberis defunctis, successerunt Anno 1616. Tres illorum sorores *Iuditha*, *Catharina-Apolonia*, & *Elisabetha* de *Bomerscheim*. quarum prior nupta fuit *Ioanni Henrico Grube*, reliquæ duæ *Emerico-VVilhelmo* & *Caspari VVilhelmo* de *Bubenheim*. vid. Bubenheim.

BORGREEF.

Joannes Bernardus Abbas Fuldensis Feudum, quod fuerat *Ioannis-Conradi* de *VValbrun*, ut caducum ac sibi apertum, confert Anno 1628. *Iulio* de *Borgréef* suisque liberis omnibus in linea descendenti, susceptis ex *Anna-Clara* Conjuge sua nata de *Heidersdorf*. vid. Walbrun.

BORSA.

vid. Butlar. *Bertholdus* de *Borsa* possedit circa Annum 1340. Bona quædam Feudalia in Hosenfelt, quæ postmodum collata fuerunt in Feudum Familiæ de *Buttlar*.

Prob. 206. II. *Apelonem* de *Borsa* investit Henricus Abbas Anno 1366. de Feudo Castrensi in Fischberg, quod fuerat prius *Hermanni* de *Claubach*.

III. *Ber-*

III. *Bertoldus* de *Borsa* acquirit Feudum in Tasta, quod prius obtinebat ejus Avunculus *Ioannes* de *Werchers*. Anno 1396.

IV. *Henricus* de *Borsa* succedit Anno 1456. in Feudo Patris sui *Friderici*. Quod consistebat in Domo, Horto &c. in oppido Fulda sitis, simul cum IIII. Agris, obligabatque ad servitiorum curialium præstationem.

Bonifacius de *Borsa* investitur de eodem, Anno 1462. cui accessit etiam Castrense Feudum in Vache.

Bose.

Carolus-Ferdinandus Bose ut provasallus liberorum suorum *Caroli-Ernesti-Sifridi*, *Caroli Adami*, *Caroli-Sigismundi* & *Renatæ-Joannæ* investitur Anno 1722. de Feudo Conjugis suæ *Sophiæ-Joannæ* natæ de *Sostheim*; quod ea, conjunctim cum *Susanna-Renata* sorore sua acquisiverat Anno 1716. à Familia de *Gebsatel* scilicet III. partes Curtis in Miltz &c. Item Anno 1716. & 1722.

Boventheim sive Boventen.

Joannes de *Boventheim*, Filius *Guntheri* de *Boventheim*, investitur Anno 1399. Prob. 303. Vid. Gladebach.
simultaneè cum Nobilibus de *Gladebach* & *Gutsleden*, de Feudo, quod prius fuerat *Egberti* de *Westerhoven*: Nimirum de Villa Wildershausen, Jure Patronatûs, ac Decimis ibidem &c. in quibus succedunt.

Anno 1457. *Joannes* de *Boventheim* Filius præcedentis ac dein hujus etiam Filius *Joannes*, qui cum haberet insuper Jus Patronatûs in Holtzhausen illud refutavit Anno 1482. quo Joannes Abbas Fuldensis idem contulit Abbatissæ & Cœnobio Sanctimonialium in Wigbershausen. Vid. Oldershausen. Prob. 207.

Anno 1514. *Rudolfus* de *Boventheim*.

Anno 1530. *Joannes* de *Boventheim*.

Anno 1548. *Ludolfus* Filius Joannis de Boventheim.

Anno 1556. *Burchardus*, *Ludolfus* & *Krain* de Boventheim post obitum Ludolfi Patris.

Ex his solus superstes *Ludolfus* ad Annum 1586. postquam, sui stemmatis obiisset ultimus absque liberis, Feudum declaratum est apertum salva dote, quam in eodem statuit sororibus defuncti Ludolfi, clementia Principis. Vid. Bittelde.

Brambach.

Joannes-Hermannus de *Brambach* provasallus matris suæ *Mariæ* natæ *Weis* de *Feuerbach*, investitur Anno 1603. de Feudo ipsius dotali post obitum *Joannis-Casparis VVeis* de *Feurbach*. Succeditque in eo postmodum prædictus Joannes Hermannus, ac dein

Anno 1642. ejus Filius *Georgius-Ludovicus* de *Brambach*, post quem, longâ serie interruptâ, hujus Feudi Investituræ renovationem obtinet, *Henricus-VVilhelmus* ac demum ejus Filius *Ludovicus-VVilhelmus* Annis 1708. & 1715. Vid. Rabenau.

BRANDENBURG.

Prob. 192. *Albertus* de *Brandenburg* Bona Feudalia in Sunnenborn & Hayn, quæ ab Ecclesia Fuldensi possidebat simultaneè cum Filio suo, refutat Anno 1306. de quibus deinde investiuntur Henricus de Bilstein, & Filius ejus Fridericus.

Prob. 208. Idem Albertus alienat eodem Anno 1306. duas Hubas sitas in Yfede, *in* favorem Conventûs Sanctimonialium in Cruceburg, cui easdem appropriat Henricus Abbas, de cujus licentia expressa id factum fuerat.

Prob. 209. II. *Reinhardus* de *Brandenburg* accipit in Feudum Anno 1397. Piscariam in Werra juxta Spicher.

BRANDOVVE.

Amalia de *Brandovve* investitur de Molendino & aliis Bonis in Herphe sitis, Anno 1422.

BREIDENBACH dicti *Breidenstein.*

Prob. 210. *Alung* de *Breidenbach* acquisitus in Castrensem hæreditarium Castri Luternbach, accipit in Castrense Feudum reditus annuos IX. librar. Hallens. desumendos ex Precaria ibidem. Anno 1350.

II. *Gobertus*, *Joannes*, *Engelbertus* & *Caspar* de *Breidenbach* dicti *Breidenstein*, simultaneè investiuntur de Keminata & Molendino, aliisque Bonis in Salmunster, quod Feudum illis obtigit Anno 1564. ex parte Familiæ de *Huten.* Succedunt in eodem

Anno 1569. *Joannes* & *Caspar* Fratres superstites.

Anno 1598. *Caspar* de *Breidenbach*, & Fratres ejus *Hartmannus-Eberhardus*, *Daniel*, *Conradus*, tum & illorum Agnatus *Wolfgang-Albertus.* Ex his solus aliquando superfuit ad Annum 1636. *Conradus*, qui cum absque prole mascula obiisset, successerunt ex beneplacito Abbates Fuldenses Anno 1642. in ejus Feudum ejus relictæ Filiæ *Sibylla-Gertrudis*, *Anna-Maria*, & *Anna-Elisabetha*, quarum prior nupsit Anno 1656. *Georgio-Ioanni* de *Fechenbach*, transtulitque secum partem Feudi illius. Vid. Fechenbach.

BREITHAUPT dicti de *Angersbach.*

Ioannes & *Nicolaus Breithaupt* succedunt in Feudo antiquo & paterno, nempe prato in Angersbach. Anno 1446.

BRENDEL dicti de *Hoemberg.*

Henricus Brendel, Anno 1426. ac dein *Georgius*, *Fridericus* & *Henricus* respectivè Fratres & Agnati, investiuntur simultaneè Anno 1440. de parte Decimarum in Territorio & Jurisdictione villarum Bonemese, Kaltebach &c. quibus succedunt

Anno

Anno 1473. *Georgius*, *Eberhardus*, & *Rudolfus* Fratres, Filii Georgii. *Ioannes Fridericus* & *Bernardus*, Filii Friderici, ac denique *Ioannes* Henrici Filius, omnes de *Brendel*. Ex his Joannes obiens Anno 1511. absque prole mascula, transmisit partem Feudi sui in *Elisabetham* Filiam suam, nuptam *VVilderico* de *VValderdorff*. Vid. Walderdorff.

Anno 1511. *Ioannes-Fridericus* & *Bernardus* Fratres, tum & Agnati sui Georgii Brendel relicti liberi *Ioannes* & *Georgius*.

Anno 1532. *Ioannes* Brendel, Burggravius in Fridberg, & *Georgius* Fratres, Tum *Ioannes* & *Bernardus* quondam Joannis-Friderici Brendel Filii.

Anno 1569. *Ioannes* Brendel idem qui suprà, & ex Fratre suo Georgio relicti minorennes Nepotes *Ioannes* & *Georgius*.

Anno 1571. *Ioannes* & *Georgius* Brendel quorum alter hoc idem Feudum pro se & *VVolfgango-VVigando* ex Fratre suo Joanne relicto Nepote accipit Anno 1599.

Anno 1613. *Ioannes-Itelius*, quo deficiente successit in Feudum *Dorothea* ejus Filia per provasallum suum *Melchiorem* de *Lerbach* Anno 1616. Fuerat prædicto Joanni-Itelio Brendel adhuc alia Filia *Margareta* nomine, quæ nupsit Anno 1624. *Wilhelmo Harff*, eique in dotem attulit partem hujus Feudi. Vid. Harff.

BRUBERG.

Henricus ab Hohenberg Abbas Fuldensis, singulari motus favore erga Dynastas de Bruberg scilicet *Arroem*, & hujus ex fratre Nepotem *Eberhardum*, quorum Feuda deficiente prole mascula caducitatem minabantur; Indulsit priori Anno 1323. ut partem suam hæreditaret in *Mechtildem* Filiam substituendo etiam huic *Cunizzam* ejus sororem, quo factum est ut Anno 1329. post Arrois obitum, filia Mechtildis de feudo paterno investita, obtinuerit illud conferri *Conrado* de *Trimperg*, qui sororem ejus Cunizzam duxerat. Prob. 211.

Eadem ferè gratia Eberhardo de Bruberg, si non vivo, saltem mortuo obtigit, siquidem partem suorum Feudorum ad Ecclesiam Fuldensem legitimè devolutam, reconcessit prædictus Abbas Anno 1324. *Mechtildi* de *Waldeck* ejus Relictæ, suisque Filiabus, *Elisabethæ* & *Luckardi*, ad dies vitæ dumtaxat, hac insuper conditione benigne adjecta, quod si aliquando nuptæ proles masculas procreassent, illi succederent in Feuda: hinc *Rudolfus* Comes de *Wertheim* ducens ex his Elisabetham, Feudum Bruberg acquisivit, ac in posteros suos transmisit; quamvis, deficiente postmodum hujus stirpe mascula, Feudum revindicari poterat. Prob. 212. Vid. Wertheim Comes.

BUBENHEIM.

Gerardus de *Bubenheim* acquisitus Anno 1326. in Castrensem hæreditarium Castri Bingenheim, recepit in parata pecunia XXX. Marcas Brabant pro Castrensi Feudo, quod postquam jam assignasset super reditibus curtis suæ in villa Brechene, idem Feudum mox refutat Anno sequenti. Prob. 213.

II. *Emericus-Wilhelmus*, & *Caspar-VVilhelmus* de *Bubenheim* Fratres, succedunt ratione uxorum suarum in Bona Feudalia, quæ quondam fuerant Gentis *Bomerscheim* Anno 1618. His accedit Feudum aliud in Berstad, quod illis pariter obtigit ex obitu matris suæ *Mariæ*, natæ quondam *Casparis* de *Langsdorff* Filiæ. Anno 1623. Vid. Bomerscheim.

BUCHENBERG.

Prob. 214. Prob. 423. *Henricus* de *Buchenberg* Feudum possidebat in villa Huntsfelt & in marca Hamelburg, quod cum per ejus obitum Anno 1345. Ecclesiæ Fuldensi fuisset apertum, illud contulit Henricus Abbas *Engelhardo Vende* & *Ebirhardo Randersacker* in Castrense Feudum.

II. *Theodoro* de *Buchenberg* conceduntur Anno 1413. tria jugera pratorum in Dippach, pro Castrensi Feudo deserviendo in Castro Saleck.

BUCHENOVVE sive BUCHENAU.

Huic Genti olim Castrense Feudum in Fursteneck deserviendum, continuum ac quasi hæreditarium fuit: quandoquidem jam Anno 1333. *Hermannus* & *Simon* de *Buchenau* Fratres, hujus Feudi nomine, acceperunt libras LXXX dein
Prob. 215. 216. 217. *Apelo* de *Buchenau* Anno 1342. libras Hallens. hujusmodi, centum. *Bertoldus* de *Buchenau* Anno 1360. super precaria oppidi Hunefelt XI. librar. Hall. reditus annuos: denique *Eberhardus* de *Buchenau* Anno 1366. libras CX. monetæ Fuldensis.

Prob. 219. II. Aliud Castrense Feudum deserviendum in Haselstein obtinuit Anno 1371. *Eberhardus* de *Buchenau*, quo nomine ipsi assignatur prædium, quod prius ibidem *Ioannes* de *Tasta* possederat; quod & postmodum, etiam parte aliqua ipsius Castri auctum, diu inter successores perstitit donec illud *Georgius* de *Buchenau*, fide non bonâ, vendidit Henrico Hassiæ Landgravio, à quo tamen in Dominium Ecclesiæ Fuldensis iterum non sine gravi difficultate reacquisitum fuit Anno 1465. pro summa trium millium, & septingentorum Flor. Rhenensium.

Prob. 218. III. *Ludovicus* & *Bertoldus* de *Buchenau* Fratres, simul cum *Trubenbachiis*, de Castro Werdavv, & attinentiis investiti sunt Anno 1369. quod Feudum Pignoratitium primitus, dein in Castrense commutatum, solis Trubenbachiis annexum remansit.

IV. Post tot Castrensia Feuda, hæc Gens tandem proprium sibi Castrum construxit, de consensu Ecclesiæ Fuldensis, à qua illud simul cum attinentiis, ac reliquis Bonis Feudalibus per Buchoniam in Feudum retinuit, hoc ordine.

Prob. 220. Anno 1397. *Eberhardus* de *Buchenau* ut Gentis suæ senior, pro se & universo Ganerbiatu.

Anno 1406. *Hermannus* de *Buchenau* senior, tum *Godescalcus*, *Eberhardus*, *Otto*, *VVilhelmus*, *Ludovicus*, *VVigandus*, *VVezilo*, *Gotescalcus*, *Sitticus*, *Christianus*, *Georgius* omnes de *Buchenau*, qui & eodem tempore pacis Castrensis leges inter se sanxere, à Joanne de Merlau Abbate Fuldensi ratificandas ac confirmandas. Prob. 221.

Anno 1429. *Rorichius* de *Buchenau* pro se & reliquis suis Agnatis.

Anno 1441. *VVezilo* de *Buchenau* ut senior, pro universis.

Anno 1483. *Engelhardus* de *Buchenau* pro se & Agnatis. Is idem est Engelhardus, qui Anno 1491. in maximum Ecclesiæ Fuldensis præjudicium vendidit Guillelmo Prob. 35.

Guillelmo Hassiæ Landgravio partem suam Castri Buchenau cum attinentiis, quam ut hic restitueret, opus fuit Edicto Cæsareo: eam postmodum, excluso Engelhardo, contulit in Feudum Godescalco Fratri Joannes Abbas Anno 1492.

Anno 1557. *Georgius* à *Buchenau* senior, pro se, *Eberhardo* Fratre, tum pro *Conrado-Hermanno* quondam Hermanni à Buchenavv relicto minorenni Filio.

Anno 1569. *Eberhardus* à *Buchenau* pro se & *Cunrado-Hermanno* tum pro relictis ex Fratre Georgio Nepotibus *Ioanne-Craftone* & *Bernardo-VVilelmo.* Vid. Bickenbach.

Anno 1597. *Bernardus-VVilhelmus* senior Familiæ pro se & Agnatis suis *Georgio Christophoro*, *Itelio-Georgio*, *VVillelmo-Sittico* & *Georgio-Melchiore.*

Anno 1609. *Georgius-Christophorus*, cui jam Anno 1608. obtigerat Dotale Feudum conjugis suæ *Elisabethæ* natæ de *Dornberg*, nunc Gentis suæ senior, reliqua simul Feuda pro se *Itelio-Georgio* & *Georgio-Melchiore* Fratribus obtinet, ac simul pro relictis ex alio Fratre Bernardo-Wilhelmo Nepotibus *Georgio-VVilelmo*, *Bernardo-Reinhardo* & *Ioanne-Balthasare.*

Anno 1623. *Georgius-Christophorus* ut suprà; nisi quod hic in defuncti Fratris sui Itelii-Georgii locum succedant ejus relicti liberi *Ioannes-Fridericus*, *Reinhardus-VVilhelmus*, & *VVolfgangus-Herboldus.*

Anno 1645. *Ioannes-Balthasar* senior Familiæ pro se & Agnatis suis *Eberhardo-Carolo* & *Wolffgango-Herboldo.*

Anno 1656. *Eberhardus* ut senior, pro se & Agnatis suis *Wolffgango-Herboldo* & *Georgio.*

Anno 1666. *Wolffgangus-Herboldus* ut Senior pro se & Agnatis suis, *Georgio*, *Ioanne-Adolfo*, *VVilhelmo-Adolfo* & *Herboldo-Arnoldo.*

Anno 1670. *Georgius*, ut senior, pro se & Agnatis.

Anno 1699. *Georgius-Franciscus* pro se, *Ioanne-VVolffgango*, *Adolfo-Georgio* tum & *Ottone-Henrico*, *Hermanno-Carolo*, *Georgio-Christophoro* respectivè Fratribus & Agnatis.

Anno 1715. *Fridericus-Wilhelmus* à *Buchenavv* post cujus obitum succedunt Anno 1718. in Feudo paterno *Ioannes-Fridericus-Adam* & *Iustus-Fridericus* sub Tutela *Adami-Christophori* de *Trumpach*, & *Ludovici* de *Manspach.*

Buches sive Buchis.

Rupertus de *Buches* duas Hubas olim possidebat in Risselsheim, quod Feudum post ejus obitum Anno 1311. ut caducum, transtulit Fuldensis Abbas in Familiam de Bomerscheim. Vid. Bomerschei:n.

II. *Conradus* de *Buches* de consensu *Wigandi* Fratris sui obtulit Anno 1357. medietatem ædium suarum in Berstat cum II. curtibus &c. ea conditione ut ipse & Filius suus *Conradus* Bona illa deinceps in perpetuum habeant & possideant ab Ecclesia Fuldensi in Feudum, tam pro se, quam pro hæredibus suis universis promiscui sexus. Prob. 222.

In hoc eodem Feudo constituit Anno 1422. *Kuno* Filius quondam *Hartmanni* de *Buches*, uxori suæ *Beatrici* dotalitium, de consensu Abbatis Fuldensis: habuitque in eo etiam successorem Filium suum *Fridericum* de *Buches* Anno 1422.

III. *Carolus* de *Buches* investitur Anno 1375. de Feudo quodam curiali in

Prob. 223. Risselsheim, quod postmodum oppignorat pro CC. libris Hallens. consentiente Filio suo *Carolo*, qui & Feudum hoc, ab onere solutum, transmisit ad hæredes, è quibus occurrit ad Annum 1445. *Wigandus* de *Buches*.

IV. Henricus de *Buches* Hartmanni Filius, acquirit Anno 1466. à *Michaele* Dynasta in *Bickenbach* Feudum, quod is habebat in Flanstad &c. succedit in eodem Filius ejus *Henricus* de *Buches* Anno 1472. ac denique & hujus Filius *Philippus* de *Buches* Anno 1482. Vid. Bickenbach.

Prob. 224. V. *Cuno* de *Buches* Henrici Filius, investitur Anno 1472. de Feudo dotali uxoris suæ N. Filiæ quondam *Henrici* de *Ursel*; scilicet Hubas IIII. in Berstat aliaque Bona ibidem.

VI. Aliud Feudum Dotale obtigit sub idem tempus, Anno 1473. *Eberhardo* de *Buches*, nimirum, Decima in Rodenheim prope Nidda; in quod successerunt Anno 1485. ejus Filii *Joannes* & *Philippus* de *Buches*, quos excipiunt Anno 1510. *Joannes* & *Ludovicus* de *Buches*; denique interrupta serie occurrit circa Annum 1600. pro eodem Feudo *Joannes-Caspar* de *Buches*, qui obiens absque liberis, reliquit illud *Sophiæ* sorori suæ, per quam transiit in Familiam de *Kettig*. Vid. Kettig.

BUCHSECKE sive BUSECK.

Henricus de *Buseck* investitur Anno 1447. de Feudo quod prius fuerat *Henrici* de *Scharffenstein*, nimirum de Hubis aliquot & Bonis reliquis in Massenheim; succedunt in eodem

Anno 1470. *Macarius* de *Buseck*.

Prob. 225. Vid. Lundorff. Anno 1473. *Henricus* de *Buseck*, cui insuper obtigit Feudum in Dornheim Anno 1472.

II. *Joannes* de *Buseck* Capitaneus Francofurtensis accipit Anno 1550. in donum à *Sophia Weysin*, nata *Knefferin*, Feudum, quod ipsa hactenus possidebat in Berstadt, curtem nimirum & hubas aliquot, de quo, pro more, investitus, illud hæreditarie transmittit in liberos suos promiscui sexus: succedunt enim simultaneè post ejus obitum

Anno 1568. *Philippus-Ulricus* & *Stephonia* ejus soror, nupta N. de *Holtzhausen*.

Vid. Ravv ab Holtzhausen. Anno 1592. *Joannes-Rudolfus*, *Wilhelmus-Reinardus*, & *Joannes Philippus* Philippi-Ulrici Filii. Simul cum Stephonia prædicta, qua etiam obeunte Anno 1604. veniunt in partem Feudi, ejus relictæ Filiæ *Margareta* & *Catharina* de *Holtzhausen*.

BUCHSECK sive BUSECK dicti *Munch*.

Wilhelmus de *Buseck* investitur Anno 1570. de Feudo Dotali uxoris suæ *Annæ* de *Steinau*, in quod Feudum, nempe quartam partem Castri Steinau cum attinentiis, successit:

Anno 1591. *Crafto* de *Buseck* ejus Filius, qui postquam illud de consensu Abbatis Fuldensis alienâsset, aliud illi obtigit ex obitu *Joannis* de *Winthausen*, cujus Filiam *Luciam-Agnetem* duxerat uxorem; quod ultimum Dotale Feudum hoc ordine transiit ad posteros. Vid. Winthausen.

An.

Anno 1618. Succedit in eo *Ioannes-Philippus* de *Buseck* Craftonis Filius minorennis, sub Tutela *Eberhardi Schenck* de *Svveinsperg*, & *Adami* de *Oyenhausen*.

Anno 1667. *Crafto-Adam*, *Ioannes-Philippus*, & *Ioannes-Melchior* Filii Joannis-Philippi. Ex his obit Joannes-Melchior Anno 1672.

Anno 1697. & 1715. *Wilhelmus-Mauritius* & *Fridericus-Ludovicus* de *Buseck* dicti *Munch*, Fratres.

Buna sive Bunavv & Bunach.

Huic Genti Vetus erat Feudum in Dippach, scilicet Jugera Vinearum VII., quæ *Ludovicus* de *Buna* de consensu Berthoi Abbatis alienavit Anno 1279. in favorem *Alberti* de *Wiersfelt*. Vid. Wiersfelt.

II. *Hermannus* de *Buna* acquirit Anno 1404. ab *Henrico* & *Hermanno* de *Fulhaber*, Feudum quoddam in Salmunster, nimirum Curtem & Domum sub hoc onere expressè in litteris Investituræ, reservato, ut per easdem diu noctuque pateret Vigilibus aditus ad turritum propugnaculum juxta positum, intra oppidi muros. Vid. Fulhaber. Vid. Butingen.

Succedit in hoc Feudo *Ioannes* de *Buna* Anno 1452.

III. *Philippo* de *Buna* obtigit Anno 1507. pars aliqua Feudi Mospach, post obitum Wilhelmi de Mospach ultimi sui Stemmatis, cujus sororem *Margaretam* in uxorem duxerat.

Butingen sive Budingen.

Cuneloni de *Budingen* acquisito in Castrensem hæreditarium Castri Stolzinberg assignantur X. librarum reditus annui, super Decima in Fischborn. Anno 1351. Prob. 226.

II. *Balthasar-Rupertus* de *Budingen*, & Frater ejus *Ioannes-Rupertus* simultaneè investiuntur Anno 1506. de Curte & Domo in Salmunster, quod Feudum prius fuerat illorum de *Buna*, qui illud de consensu Abbatis Fuldensis vendiderunt Anno 1475. *Melchiori-Ruperto* de *Budingen*. Vid. Buna.

Succedunt *Henricus* de *Budingen* Filii *Balthasar-Rupertus*, *Ioannes* & *Melchior*. Anno 1534. ac dein

Anno 1571. *Ludovicus* de *Butingen* solus superstes.

Buttelir, sive Butteler, & Buttlar.

Ioannem de *Buttlar* Mareschalcum Fuldensem, acquirit Henricus Abbas in Castrensem hæreditarium, Anno 1330. eique assignat libras LX. super Villa Diedorf pro Castrensi Feudo deserviendo in Fischberg. Prob. 227.

II. Idem Abbas donat *Hertingo* de *Buttlar* in meliorationem Castrensis sui Feudi in Lengsfelt, Fossatum huic Castro circumductum cum Piscina Anno 1337. Prob. 228.
Succedunt in hoc eodem Feudo *Conradus* de *Buttlar* Anno 1350., & *Tuto* de *Buttlar* Anno 1372. quo obeunte Anno 1380., illud, ut caducum confertur *Paulo* de *Herbilstadt*. Vid. Herbilstat.

III. *Conradus* de *Buttlar*, de consensu *Elisabethæ* Conjugis suæ, & licentia

Vid. Borsa. tia expressa Henrici Abbatis, alienat Anno 1344. in favorem Cœnobii Sanctimo-
Prob. 230. nialium in Blanckenavv prædium quoddam in Hosenfelt, quod ab Ecclesia Fuldensi
Prob. 329. hactenus tenuerat in Feudum. Huic Conrado Fratres erant *Bertoldus* & *Apelo*, qui manu conjuncta, reliqua Bona sua Feudalia in Rospach & Grusselbach pariter alie-
Elisabetha de *Fechenbach*, Georgii de *Fechenbach*, ex Conjuge sua *Elisabetha* de *Masbach* Filia, succedit per Provasallum suum *Nicolaum* de *Fechenbach* Anno 1507. in partem Feudi, quod *Guillelmus* de *Maspach* ejus proavunculus, defunctus absque liberis, tenuerat hactenus ab Ecclesia Fuldensi. Erat hæc Elisabetha, vidua quondam *Conradi Hofmeister*, quæ & Feudum suum alienavit postmodum Anno 1510. in favorem Cognatorum suorum *Henrici* à *Lutzelvvick* & *Dieterici Fleckebuhle*. Vid. Masbach.

II. *Ioannes Georgius* de *Fechenbach* substitutus uxoris suæ *Sibillæ - Gertrudis* natæ à *Breidenbach* de *Breidenstein* investitur de Feudo Dotali, quod huic obtigit Anno 1651. ex obitu *Conradi* de *Breidenbach* patris sui. Hujus Feudi renovationem obtinet prædicta Sibilla post obitum Conjugis sui Georgii-Joannis de Fechenbach Anno 1673.

III. *Osvvaldus* de *Fechenbach* Provasallus Conjugis suæ N. Filiæ quondam *Conradi* ab *Eberstein* investitur Anno 1546. de parte Feudi Schacken &c. succedunt in eodem ejus Filii.

Philippus-Georgius, *Stephanus* & *Hector* Anno 1563. quos excipiunt *Daniel-Adam*, *Richardus* & *Carolus* Fratres, omnes nati de *Fechenbach* Anno 1598.

Fechenbach in *Sommerau*.

Adolfus-Ernestus de *Fechenbach* in *Sommerau*, ejusdem Feudi, de quo supra, à *Richardo* patre accepti, investituram renovat Anno 1650. una cum Agnatis suis minorennibus *Ioanne-Reinardo*, *Ernesto* & *Georgio-Ioanne* de *Fechenbach*. Erat huic Adolfo-Ernesto uxor *Elisabetha* nata Filia *Casparis* à *Breidenbach*, quæ pro dotali Feudo habuit Anno 1653. Keminatam in Salmunster &c.

Cœterum; postquam Anno 1679. supradictum Feudum idem Adolfus-Ernestus tam pro se, quam pro Cognatis suis denuo suscepisset, alius amplius non occurrit præter *Ioannem-Godefridum* de *Fechenbach*, Annis 1694. & 1702. qui Feudum in Salmunster alienavit Anno 1706. in favorem Nobilium de Schleiffras. Vid. Schleiffras.

Feuerbach, vide Weis de Feurbach.

Feurfil sive Furfyl & Furpfil.

Caspar Feurfil accipit in Feudum Anno 1335. Keminatam in Geismar, & Molendinum ibidem, Curtem in Spala &c. successit post longum temporis intervallum in eodem Feudo *Georgius Feurfil* Anno 1461. qui etiam Anno 1465. de cunctis Bonis Feudalibus *Ioannis* de *Exdorff* investitus reperitur.

Filwil.

Richardus de *Filvvil* investitur Anno 1474. de Decimis in Acarben, Jure Patronatus in Crutzen &c. in quod Feudum successerunt

Anno 1490. *Waltherus Filvvil*: Richardi Filius.
Anno 1496. *Henricus Filvvil.*
Anno 1515. *Itelius Filvvil.*

FINCK sive VINCK de *Aldenburg*.

Prob. 558. *Henrico Finck* Militi assignantur Anno 1275. tum Talenta denariorum Fuldens. annui redditus, pro Castrensi Feudo deserviendo in arce Bickenbach aut alibi, pro arbitrio Abbatis, qui etiam ex pacto expresso consentit; ut in eodem Feudo succedant Henrici hujus Hæredes, tam masculi quam fœminæ.

Prob. 274. II. Henricus Abbas alienat Anno 1339. in favorem *Witekindi* & *Conradi Finck* Ædes suas in Husen pro mille ducentis libris Hallens. hâc adjectâ conditione, ut ex eadem summâ deducerentur trecentæ libræ, quarum ducentas, prædicti Witekindus & Conradus Fratres, haberent & tenerent deinceps in Feudum masculinum hæreditarium; Centum vero reliquas in Feudum Bngense, deserviendum in Husen.

III. *Witekindus Finck* accipit in Feudum Anno 1428. Prædia quædam in Gemunden, Blidenrode, & Eringshausen.

FISCHBERG.

Simoni de *Fischberg* ejusque Fratribus *Simoni*, *Gerardo*, *Cunrado*, & *Henrico*
Prob. 275. assignat Henricus Abbas XIIII. libras denar. Fuld. annuè super precario suo in Hamelburg, pro Feudo masculino hæreditario Anno 1303.

FISCHBORNE.

Georgius de *Fischborne* accipit in Feudum Anno 1440. partem Castri Herberstein, cum annexis bonis Castrensibus, intus & foris Herberstein sitis. Succedunt in eodem Feudo

Anno 1446. *Georgius* de *Fischborne*, Filius præcedentis, cui etiam obvenit in Feudum Advocatia in Lantzenhain.

Anno 1473. *Georgius* de *Fischborne* & Agnatus ejus *Henricus* de *Fischborne*.
Anno 1485. *Ludovicus* de *Fischborne*.

II. *Christophorus* de *Fischborne* provasallus uxoris suæ *Annæ-Cunigundis*, natæ *Schaden* de *Niedernbibra* investitur de Feudo ejus dotali in Bonis ibidem Anno 1594.

FLACH de *Svvartzenburg*.

Fridericus Flach de *Svvartzenburg* investitur Anno 1543. tanquam substitutus Conjugis suæ *Annæ* natæ *Weis* de *Feurbach*, de parte Feudi, quod huic ex obitu Fratris sui *VVilhelmi VVeis* obtigerat succedunt in eodem, Curte scilicet & mansis aliquot in Berstat &c.

Anno 1559. *Wilhelmus* & *Quirinus Flach* Fratres post obitum matris suæ Annæ supradictæ. Ex his Quirinus, solus aliquando superstes cum obiisset Anno 1603. absque liberis, transiit Feudum ad Nobiles ab *Obentraut*, tanquam ad Agnatos proximiores. Vid. Obentraut.

Fladungen.

Caspar de *Fladungen* obtulit Joanni Abbati Fuld. Anno 1424. Desertum, seu proprietatis suæ solitudinem dictam Nuchterns, quam & ab eodem Abbate recepit in Feudum, unà cum aliis Bonis Feudalibus Ecclesiæ Fuldensis, in Husen. Succedit in hoc Feudo Anno 1441. Filius ejus æquivocus *Caspar* de *Fladungen*, qui de consensu Abbatis, constituit Anno 1456. uxori suæ *Annæ* Dotalitium Centum Florenorum super iisdem Bonis. Obit is Anno 1463. transitque Feudum illius ad Nobilem Gentem *Narbe*. Prob. 276. Vid. Narbe

Fleckenbuhel.

Theodorus de *Fleckenbuhel* acquirit Anno 1515. titulo emptitio ab *Elisabetha* de *Fechenbach* partem Feudi, quod fuerat quondam *VVilhelmi* de *Mosbach*. Vid. Fechenbach.

Folkershausen vide Volkershausen.

Forstmeister.

Theodoro Forstmeister dantur in Feudum Anno 1396. Bona quædam in inferiori Echenbach ad Salam, in quibus successit Filius ejus *Fridericus* Anno 1426. Prob. 277.

II. *Martinus Forstmeister* accipit in Feudum masculinum Curtem in Richenbach. Anno 1439. successerunt in eodem Prob. 278.

Anno 1462. *Balthasar Forstmeister*.

Anno 1473. *Balthasar* & *Caspar Forstmeister*, Fratres. Dein post longum temporis intervallum Anno scilicet 1650. *Lucas-Henricus Forstmeister*.

Forstmeister in *Gelnhausen*.

Hector Forstmeister in *Gelnhausen* investitur de Feudo Castrensi seu Burgensi in Soden Anno 1541. quod Feudum transmisit ad posteros hoc successionis ordine:

Anno 1566. *Philippus* & *Lucas Forstmeister*, Hectoris minorennes Filii, investituram obtinent per Tutores suos *Conradum Geyppel*, & *Georgium* de *Rudeckeim*.

Anno 1599. *Lucas Forstmeister* junior, pro se & Hæredibus suis.

Anno 1606. *Philippus-Reinardus Forstmeister*, cujus relicti minorennes liberi investituram obtinent

Anno 1626. Sub Tutela *Engelberti* de *Lutter*. Transit dein hoc Feudum in Familiam de *Hutten*. Vid. Hutten.

Frankenstein ad *Werram*.

In acquisitione Dominii Frankenstein facta Anno 1306 hæc inter alia sibi reservata voluit *Ludovicus* de *Frankenstein*; nimirum, ut tam ipse, quam uxor ejus Prob. 279. & 280.

Albei-

Alheidis eorumque Hæredes, præter Castrense Feudum in Lengsfelt, aliud XX. librarum annui Redditus super Territorio ibidem, tenerent ac possiderent. E contra Henricus Abbas, per amicabilem compositionem cum eodem Ludovico initam Anno 1308. aperturam dicti Castri ac Oppidi Lengsfelt, sibi suisque successoribus semper voluit firmam ac illibatam.

Prob. 27. II. Aliud Feudum, scilicet Marcsula, & Burkarderode, quod prius fuerat *Alberti* Thuringiæ Landgravii, pretio acquisivit idem, qui suprà *Ludovicus* de *Frankenstein* Anno 1306. Utrum autem investituram illius obtinuerit, non constat.

Prob. 281. III. *Henricus* de *Frankenstein* Ludovici præcedentis Frater, possidebat ab Ecclesia Fuldensi in Feudum villas Unkenrode, Wolfsberg, Nentzelsdorff, &c. de quibus postquam subinfeudasset *Joannem Luchs* armigerum, hic Bona illa alienavit Anno 1325. in favorem Cœnobii Sanctimonialium in Aldendorf, cui & eadem mox appropriavit Henricus Abbas, consentiente in idipsum imo preces suas interponente Henrico de Frankenstein prædicto.

FRANKENSTEIN.

Nobilis Prosapia, de qua hic agimus, sedem suam habet in superiori Comitatu Catimelibocensi, differtque etiam armorum insignibus à præcedenti, ut in Tabula litteræ F. præfixa videri potest.

Joannes de *Frankenstein* Provasallus uxoris suæ *Catharinæ* natæ de *Clée* investituram obtinet medietatis villæ Dornmassenheim &c. quod Feudum huic obtigerat
Vid. Clée. ex obitu *Ogeri* de *Clée* Fratris sui improlis, Anno 1522. Succedunt in eodem, longo ordine

Anno 1536. *Conradus* de *Frankenstein.*

Anno 1541. *Godefridus* de *Frankenstein.*

Anno 1570 *Joannes* & *Bartholomæus* de *Frankenstein* Fratres, simultaneè cum *Ludovico* de *Frankenstein* Cognato.

Anno 1604. *Philippus Christophorus* pro se, *Joanne-Ludovico*, *Joanne Eustachio*, & *Joanne-Ludovico* de *Frankenstein.*

Anno 1608. *Philippus-Christophorus* de *Frankenstein*, *Joannes-Eustachius* & *Joannes-Ludovicus* respectivè Fratres & Agnati de *Frankenstein.*

Anno 1637. *Ioannes-Ludovicus*, *Joannes-Richardus*, *Ioannes-Carolus*, *Ioannes-Fridericus*, *Ioannes-Petrus*, & *Ioannes-Eustachius* Fratres nati de *Frankenstein*, Filii quondam Joannis Eustachii. Tum etiam *Ioannes-Fridericus* & *Philippus-Ludovicus* de *Frankenstein* Fratres, Filii quondam Philippi-Christophori.

Anno 1671. *Philippus-Ludovicus* de *Frankenstein* pro se & Cognatis suis *Ioanne-Richardo*, *Ioanne Carolo*, *Ioanne-Daniele*, *Ioanne Friderico*, & *Ioanne-Petro* de *Frankenstein*, tum & ex harum defuncta sorore *Ursula-Catharina* vidua de *Gelnhausen* relictis liberis, *Philippo-Ioachimo*, *Philippo-Benedicto*, *Anna-Ursula*, *Margareta Clara* & *Anna Sophia.* Hi simul omnes investituræ renovationem obtinent Anno 1679. excepto *Ioanne Daniele* de *Frankenstein*, in cujus defuncti locum jure repræsentationis succedunt ejus relicti liberi, *Ioannes-Philippus*, *Carolus*, *Franciscus-Bonifacius* & *Anna-Barbara.*

Anno

Anno 1690. *Ioannes-Ludovicus* Baro de *Frankenstein* & Sorores ejus, *Sophia-Elisabetha*, *Anna-Margareta*, *Eleonora*, & *Maria-Ursula-Renata*, tum Agnati ejusdem *Ioannes-Fridericus*, *Ioannes-Philippus*, & *Ioannes-Godefridus* ac demum *Ioannes-Philippus*, *Ioannes-Franciscus-Otto*, *Ioannes-Godefridus-Christophorus*, & *Ioannes-Rudolfus*, omnes nati de Frankenstein.

Anno 1694. *Ioannes-Philippus* Baro de *Frankenstein*, tum & *Fridericus-Philippus*, *Ioannes-Godefridus*, *Christophorus* & *Ioannes-Rudolfus* de *Frankenstein*, Filii quondam Philippi-Ludovici.

Fridericus-Godefridus, *Rudolfus-Georgius*, & *Carolus-Ludovicus-Iosephus* de *Frankenstein*, Filii quondam Joannis-Ludovici.

Ioannes-Philippus & *Ioannes-Franciscus-Otto* de *Frankenstein*, quondam Joannis-Petri Filii.

Ioannes Fridericus Adolfus de *Frankenstein*, Filius quondam Joannis-Friderici, deinde verò

Joannis-Friderici & Joannis-Petri de *Frankenstein* relictæ Filiæ *Dorothea-Magdalena* de *Truchses* & *Maria-Iuliana*, *Maria-Ursula* de *Klensheim*, *Maria-Catharina* Walpott de *Bassenheim*, *Maria-Christina-Lucretia* de *Walderdorff*, omnes natæ de *Frankenstein*.

Item Philippi-Joachimi de *Frankenstein* Filiæ *Anna-Ursula*, *Clara-Margareta*, & *Anna-Sophia*.

Item Philippi-Ludovici de *Frankenstein* relictæ Filiæ *Sophia-Elisabetha* de *Breidebach*, *Anna-Margareta-Eleonora* & *Maria-Renata-Ursula*.

Denique & Joannis-Ludovici de *Frankenstein* Filiæ *Anna-Maria-Francisca*, & *Maria-Dorothea-Ferdinandea*.

Anno 1716. *Fridericus-Godefridus* Baro de *Frankenstein* Investituræ renovationem obtinet pro se, tum & *Ioannes-Reinardus Antonius* Baro ab *Eyb* Decanus Cathedralis Bambergensis Tutorio nomine, pro quondam Joannis-Friderici-Adolfi de *Frankenstein* relictis minorennibus liberis *Ioanne-Philippo*, *Antonio-Christophoro*, *Ioanne Carolo-Maximiliano*, *Ioanne-Philippo-Ludovico-Antonio*, *Ioanne Carolo-Ernesto*, *Maria-Philippina*, *Margareta-Catharina* de *Munster*, *Maria-Catharina-Iacobina* de *Gutenberg*, omnibus natis de *Frankenstein*.

Ac dein *Maria-Catharina* Walpott de *Bassenheim*, quondam Joannis-Petri de Frankenberg Filia.

Sophia Elisabetha de *Breidebach*, *Anna-Margareta-Eleonora* ab *Hutten*, & *Maria-Renata-Ursula*, quondam Philippi-Ludovici de *Frankenstein* Filiæ.

Maria Sophia Zobel de *Gibelstat*, *Philippina-Magdalena-Amalia* de *Freyberg*, *Maria-Anna-Iosepha* de *Bettendorff*, Filiæ quondam Joannis-Francisci-Ottonis de *Frankenstein*.

Anna-Maria-Francisca de Gimnich, & *Maria-Dorothea-Ferdinandina*, Filiæ quondam Joannis Ludovici de *Frankenstein*.

Denique *Maria Anna-Magdalena-Ferdinandina*, & *Maria-Eleonora-Catharina-Elisabetha*, omnes natæ à *Frankenstein*.

FRIESE in *Dangmarshausen*.

Cunradus & *Theodoricus Friese* in *Dangmarshausen* Fratres, jugera quædam ibidem sita, quæ hactenus ab Ecclesia Fuldensi possederant in Feudum, libere re- Prob. 282.

m signant

signant in manus Henrici Abbatis Anno 1302. retento nihilominus usufructu ad dies vitæ, de beneplacito dicti Abbatis.

Prob. 314. II. *Theodoro Friese* cedit Anno 1392. *Henricus* ab *Harstal* Feudum in Sconerstet.

FRIMAR.

Henricus, *Ioannes* & *Theodoricus* de *Frimar* Fratres habebant ab Ecclesia Fuldensi in Feudum VIII. Hubas in Kirchheiligen, è quibus de consensu Abbatis alienant IV. Hubas in favorem *Osvvaldi* de *Guntersleiben* Anno 1394. reliquas vero
Prob. 283. IV. in favorem *Christiani* & *Friderici* de *Weberstede* Anno 1404.

FUCHSTAT.

Prob. 284. *Henrico* de *Fuchstat* oppignorantur Prædia quædam in Eschinbach juxta Hamelburg pro securitate summæ LXXX. lib. Hallens. sibi debitæ, quam si integre perceperit tenebitur ex eadem desumere XL. libras pro constituendo Feudo Castrensi, ab ipsis suisque successoribus, perpetuis temporibus deserviendo in Saleck. Ita litteræ Henrici Abbatis datæ Anno 1341.

Successit postmodum in hoc ipso Feudo *Ioannes* de *Fuchstat* Filius præcedentis, qui illud alienans Anno 1369. remansit nihilominus quoad Personam suam, clientelari nexu adstrictus.

Reacquisiverat postmodum Anno 1488. *Conradus* de *Fuchstat* ab affine suo
Vid. Haberkorn. *Ioanne Haberkorn* Feudum Castrense in Saleck, quod demum Anno 1490. resignavit in manus Abbatis Fuldensis.

FUCHTENBORN.

Prob. 285. & 286. *Bertoldus* & *Hermannus* de *Fuchtenborn*, eo quod Ecclesia Fuldensis illis in certam pecuniæ summam obligata esset, accipiunt ab eadem Anno 1333. & 1335. in justum Feudum, Fructus sive Messes percipiendas ex certis quibusdam Prædiis & Allodiis, usque ad integram debiti extinctionem.

II. *Bertoldus* de *Fuchtenborn* Feudum suum, nimirum Hubas aliquot in
Vid. Manspach. Manspach refutat Anno 1428. in favorem *Bertoldi* de *Manspach*.

FULBACH, sive FAULBACH in *Cleustorff*.

Wolffgangus de *Fulbach* Provasallus tam *Cunigundis* uxoris suæ, quam sororis ejus *Scholasticæ* viduæ *Philippi* de *Stein*, investitur Anno 1527. de Curte in Ramnungen &c. Feudo scilicet dotali quod utrique ex obitu Parentis sui *VVilhelmi* de
Vid. Herbilstat. *Herbilstat* obtigerat.

Succedunt postmodum in partem defunctæ Matris suæ Cunigundis Anno 1549. ejus Filii *Sebastianus* & *Christophorus* de *Fulbach* è quibus Sebastianus, solus aliquando superstes, Investituræ renovationem obtinuit Anno 1566. Feudumque, obiens Anno 1573. transmisit in Filias suas *Annam*, quæ illud ex parte *Sebastiano* de *Lichtenberg* Conjugi suo in Dotem attulit; *Scholasticam* quæ similiter partem suam in Familiam *Stein* de *Altenstein* transtulit Anno 1589.

FULHABER.


FULHABER.

Bertoldum Fulhaber acquirit Henricus Abbas Anno 1354. in Castrensem Arcis Prob. 287.
Salmunster, eique pro Castrensi Feudo assignat VI. libras Hallens. annui redditus super Precaria in oppido Fulda. Succedunt postmodum in hoc Feudo *Henricus* & *Hermannus* ejus Filii, qui Anno 1404. illud alienant in favorem *Hermanni* de *Luna*. Vid. Buna.

II. *Godefridus Fulhaber*, possedit ab Ecclesia Fuldensi in Feudum Prædia aliquot in Wipprechtes, quæ de consensu Abbatis donavit Anno 1420. Cœnobio in Sluchter, pro remedio animæ suæ.

III. Post obitum *Bertoldi Fulhaber* Anno 1460. Feudum ejus Castrense in Stolzenberg, quod simul cum Advocatia in Svvickershausen, Decimis & Telonio Prob. 288. & 289.
ibidem hactenus possederat, obtigit per successionem tam Fratri suo *Evvaldo Fulhaber* Canonico Moguntino, quam Laurentio *Fulhaber* ejus Agnato: Verum jus suum uterque in *Henricum Fulhaber* transtulit, qui etiam horum Feudorum investituram obtinuit Anno 1461.

G.



GADENSTAT olim GOTESTEDE.

Burchardus & *Bertoldus* de *Gadenstat*, eorumque Agnati, simultaneè investiuntur de Villis Gadenstat & Ilstede cum Attinentiis & Jurisdictione Anno 1399. Prob. 290. & 291.
in quod vetus ac avitum Feudum succedunt

 Anno

Anno 1424. *Boltzberg* de *Gadenstat* Burchardi supradicti Filius.

Anno 1440. *Bertoldus* de *Gadenstat.*

Anno 1478. *Bertoldus* de *Gadenstat.*

Anno 1497. *Burchardus*, *Wilhelmus*, & *Bertoldus* de *Gadenstat* Fratres, Bertoldi Filii.

Anno 1514. *Bertoldus* de *Gadenstat.*

Anno 1537. *Bertoldus* de *Gadenstat* junior, simultaneè cum Fratribus suis *Henrico*, *Theodorico* & *Joanne* post obitum Bertoldi Patris.

Anno 1571. *Theodoricus* de *Gadenstat*, qui suprà, solus superstes in defunctorum Fratrum portiones, succedit

Anno 1586 *Burchardus*, *Christophorus-Wolfgangus*, *Henricus-Albertus*, *Ioannes* & *Bertoldus* de *Gadenstat* Filii Theodorici; hi simul omnes investituræ renovationem obtinent Anno 1603. post obitum Burchardi Fratris, similiter Anno 1609. obeunte altero ex iis Christophoro-Wolfgango.

Anno 1614. *Ioannes*, *Bertoldus*, *Theodorus-Burchardus* & *Henricus-Albertus* respectivè Fratres, & Agnati de *Gadenstat.*

Anno 1619. *Bertoldus*, *Henricus-Albertus*, *Franciscus-Wilhelmus*, *Wolffgangus-Ioannes*, & *Henricus-Volradus* de *Gadenstat* Agnati.

Anno 1640. *Henricus-Volrad*, *Ernestus-Christianus*, & *Theodorus-Ioannes* respectivè Fratres & Agnati de *Gadenstat.*

Anno 1654. *Ernestus-Christianus* & *Theodorus-Ioannes* de *Gadenstat* Fratres.

Anno 1672. *Ernestus-Christianus* de *Gadenstat* & ex Theodoro-Joanne Fratre relicti Nepotes *Henricus-VVilhelmus*, & *Bertoldus-VVilhelmus* de *Gadenstat.*

Anno 1685. *Bertoldus-Henricus* & *Bertoldus-VVilhelmus* de *Gadenstat* Agnati.

Anno 1699. *Bodo-Fridericus* de *Gadenstat* Ernesti-Christiani Filius, Gentis suæ senior. Simultaneè cum *Bertoldo-VVilhelmo* de *Gadenstat*, nec non *Ernesto-Christiano* & *Henrico Gottlibo* Filiis quondam Achatii-Ernesti de *Gadenstat*, ac denique etiam *Christiano-Henrico* quondam Gasparis-Joannis de *Gadenstat* Filio, respectivè Fratribus & Agnatis.

Anno 1701. *Bertoldus-VVilhelmus* de *Gadenstat* ut senior Familiæ, Investituræ renovationem obtinet tam pro se, quam pro reliquis ut suprà, quibus accedunt ex Bodone-Friderico relicti liberi *Philippus-Eustachius*, *Ernestus* & *Fridericus-Iulius* omnes nati de *Gadenstat.*

Anno 1716. iterum Investituræ renovationem obtinet *Bertoldus-VVilhelmus* de *Gadenstat*, qui suprà, pro se & Agnatis suis omnibus.

GANS in *Otsberg.*

Ioannes Gans ab *Otsberg* investitur Anno 1588. simultaneè cum Filio suo *Georgio-Philippo* de Feudo dotali *Rosinæ* natæ *VVeis* de *Feurbach*, ipsorum respectivè Conjugis & Matris, in quod Feudum, postquam Georgius-Philippus Gans prædictus, absque prole mascula obiisset Anno 1655. successerunt ejus relictæ Filiæ *Anna-Margareta-Agnes*, & *Maria-Sabina Gans* ab *Otsberg*, quarum prior nupserat *Friderico* de *Reinfort*, altera *Georgio-Adolfo* à *Merlavv.*

Vid. Reinfort.

II. *Balthasar-Eccardus Gans* ab *Otsberg*, Provasallus Conjugis suæ *Barbaræ* natæ ab *Harstal* investitur Anno 1610. de parte Feudi Munsterkirchen.

GANS

Gans in *Weberstede.*

Henricus Gans de *VVeberstede* accipit in Feudum Anno 1334. duas Hubas in Campis Villæ Schonerstete. Prob. 292.

Gassen.

Conradus Abbas acquirit Anno 1376. *Ioannem* de *Gassen* in Castrensem Hæreditarium Arcis Gyselæ, eidemque assignat pro Feudo Curtem ibidem in villa sitam, cum agris & reliquis suis pertinentiis. Prob. 293.

Gast de *Belsheim.*

Ulricus Gast de *Belsheim* substitutus uxoris suæ *Annæ* nec non *Elisabethæ* sororis ejusdem, investitur Anno 1357. de libera Huba in Campis & Villa Tinningen. Prob. 294.

Gebsattel.

Otto-Henricus de *Gebsattel* Canonicus Bambergensis & Herbipolensis, simultaneè cum Fratribus ac sororibus suis *Ioanne-Christophoro*, & *Adamo*, *Anna-Dorothea*, & *Amalia-Elisabetha* investitur de Curte in Miltz &c. Anno 1611.

Succedit in hoc Feudo postmodum Anno 1652. *Ioannes-Otto* de *Gebsattel*, qui & illud, transmisit obiens Anno 1668. in liberos suos *Ferdinandum-Godefridum*, *Franciscum-Albertum-VVernherum*, *Ioannem-Hartmannum* & *Mariam-Salentinam.*

II. Ex his *Ferdinandus-Godefridus* de Gebsattel Feudum novum acquisivit Anno 1686. à Familia de Stein; nimirum sedem nobilem in Sontheim cum attinentiis, in quod Feudum successerunt Anno 1718. ejus Filii *Ioannes-Godefridus-Christophorus*, & *Otto-Henricus-Sebastianus* de *Gebsattel.* Vid. Stein in Nordheim.

Gelnhausen.

Henricus de *Gelnhausen*, Filius *Conradi* de *Gelnhausen*, investituram obtinet Feudi paterni, scilicet Castrensis, deserviendi in Luterbach, pro quo assignata erant X. Jugera agrorum in Kotzmannes. Anno 1369.

II. *Hermannus* de *Gelnhausen* ad instantes preces *Conradi* de *Haisberg*, cujus Filiam duxerat in uxorem, investitur Anno 1452. de Keminata in Dipperts, aliisque Bonis ibidem, quæ prædictus Conradus ab Ecclesia Fuldensi hucusque tenuerat in Feudum; succedunt in eodem Vid. Hess. Perg.

Anno 1475. *Hermannus* & *Simon* de *Gelnhausen* Fratres.

Anno 1487. *Ioannes* de *Gelnhausen*, Hermanni Filius.

Anno 1510. *Reinhardus*, *Casparus*, *Hermannus* & *Ioannes*, Joannis præcedentis Filii quatuor, è quibus Reinhardus & Caspar, superstites Anno 1515. investituram renovant. Prob. 295.

Anno 1556. *Ioannes* de *Gelnhausen* post obitum patris sui Caspari, simultaneè cum Fratribus & sororibus suis. Vid. Hutten in Steckelenberg.

Anno 1559. *Christophorus* de *Gelnhausen.*

Anno 1571. *Valentinus* de *Gelnhausen.*

GEMMINGEN.

Wolfgangus à *Gemmingen* Tutorio nomine, pro *Ioanne-Reinardo*, & *Eva-Catharina*, quondam *Ioannis-Christophori* à *Gemmingen*, ex *Ludovica-Anna-Eva* nata de *Walderdorff*, relictis minorennibus liberis, accipit in Feudum liberas ædes, & Curtem in Berstat Anno 1647.

Hujus Feudi successor exstitit Anno 1691. *Ioannes-Christophorus* Baro de *Gemmingen* Joannis-Reinardi Filius, sub Tutela matris suæ *Barbaræ Margaretæ* natæ *Erndlin*. Ac dein etiam Investituræ renovationem obtinuit Annis 1706, & 1715.

GERUWIGESHAUSEN.

Vid. Schaf. *Hermannus* de *Geruwigeshausen* accipit in Feudum Anno 1459. Hubas VI. in Bruheim.

GEYR de *Gibelstat*.

Conradus Geyr de *Gibelstat* acquirit Anno 1578. à *Ioanne* de *Sternberg* medietatem Decimæ in Milz &c. de quo Feudo postquam simultaneè cum uxore sua *Margareta* de *Sternberg* investitus fuerat, illud mox alienavit in favorem Nobilis Gentis de *Berlichingen*. (Vid. Berlichingen.)

GEYSA.

Henricus de *Geysa* investitur Anno 1434. de Curte in Geysa cum attinentiis, ac simul prædiis quibusdam in Sleita & Kaltebach; in quod Castrense Feudum ibidem in Geysa deserviendum, successit postmodum Filius ejus æquivocus *Henricus*, (Prob. 296.) quem Reinhardus Abbas Anno 1462. à diversis servitiorum oneribus gratiosè exemit: eum secuti sunt in hoc Feudo

Anno 1487. *Andreas* de *Geysa*.

Anno 1542. *Valentinus* & *Henricus* de *Geysa*, Fratres.

Anno 1555. *Henricus* de *Geysa*, & qui sub Tutela sua constituti erant, relicti ex Valentino Fratres minorennes Nepotes.

Anno 1559. *Christophorus* de *Geysa*, Henrici Filius, simultaneè cum Agnatis.

Anno 1569. *Philippus* de *Geysa* cum Agnatis.

GEISMAR.

Postquam Anno 1386. Fridericus Abbas, *Conradum* & *Wernherum* de *Geismar* instituisset condominos in Feudo Lutter, & Castrenses in Hunefelt, concessâ (Prob. 297. & 298. Vid. Giffelze.) illis desuper expectativâ, obtinuit ex his superstes Conradus Anno 1410. facultatem alienandi Curtem seu Feudum suum in Lutter, assignato prius in Restaurum, Allodio suo in Mandern, de quo etiam investitus est.

II. *Christianus* de *Geismar* accepit in Feudum masculinum, Prædium Weizenbach cum attinentiis Anno 1661. obtinuitque Investituræ renovationem Anno 1672.

GEYSO

Geyso sive Geysso, dicti in *Wolkershausen* & *Manspach*.

Joannes de *Geyso* investituram obtinet Feudi quod Anno 1652. à *Ioanne-Friderico* de *Manspach* acquisiverat, illudque transmittit ad posteros suos hoc successionis ordine: Vid. Manspach.

Anno 1662. *Ioannes-Christophorus* de *Geyso* investitur simultaneè cum reliquis.

Anno 1670. *Valentinus* de *Geyso* similiter, cum relictis ex Fratre suo Joanne-Christophoro Nepotibus *Ioanne-Leopoldo*, *Valentino*, & Nepte *Maria-Valentina*, tum etiam sororibus suis *Christina-Elisabetha* & *Margareta* de *Geyso*.

Accessere dein Anno 1674. alia adhuc Bona Feudalia in Standorf & minori-Tafta, acquisita sub Valentino seniori prædicto, in quæ simul omnia successerunt

Anno 1690. *Ioannes-Leopoldus* & *Valentinus* de *Geyso* Fratres; ex his prior Joannes-Leopoldus Investituræ renovationem obtinuit Annis 1715. & 1719. tam pro se quam pro relictis ex Fratre suo Valentino liberis, *Wolfgango-Christophoro*, & *Gaspare-Adamo-Erhardo* de *Geyso*.

Gyffelze.

Hermannum de *Gyffelze* acquisivit Anno 1374. Conradus Abbas non solum in Castrensem suum Hæreditarium Castri seu Oppidi Hunefelt, sed eidem & *Henrico* Filio, conjugibus, hæredibusque eorum donavit in Feudum Curtem in Lutten cum attinentiis Anno 1378. jussitque ut eandem imposterum tenerent, ac inhabitarent personaliter. Prob. 299. & 30.

Verum deficientibus haud dubie Hæredibus, obtinuit Anno 1386. Hermannus prædictus, sibi in casum mortis substitui in iisdem Feudis *Conradum* & *Wernherum* de *Geismar* Fratres: superfuit autem adhuc Hermannus Anno 1397. quo tam pro se, quam Conrado de Geismar Investituræ hujus renovationem obtinuit. Prob. 301. Vid. Geismar. Prob. 302.

Gilfershausen.

Otto de *Gilfershausen* accepit in Feudum Castrense deserviendum in Werdavve, prædia in Husen & Mor, unà cum sylva in Hemen Anno 1397.

Gils.

Henricus & *Ioannes* de *Gils* Decimas sub Alefelt, quas hactenus ab Ecclesia Fuldensi possidebant in Feudum, consentiente eâdem, divendunt Anno 1396. in favorem *Wernheri Pfeffersack*.

II. *Eva-Margareta* nata de *Gils* succedit Anno 1707. in partem Feudi Volkershausen post obitum *Æmilii-Friderici* de *Volkershausen* Conjugis sui obtinetque investituram per substitutum.

Gladebach.

Henricus de *Gladebach* simultaneè cum *Ioanne* de *Boventheim* investitur de Villa Wildershausen, Decimis, & Jure Patronatus ibidem, Anno 1399. quæ Prob. 303.

simul

simul omnia prius in Feudum hæreditarium & masculinum habuerat ac possederat *Eckbertus* de *Westerhoven.*

GOLTACKER in *Weberstat.*

Hermannus Goltacker per simultaneam investituram unà cum Fratribus suis *Ioanne*, *Friderico*, *Ditzmanno* antiquum Familiæ suæ Feudum obtinet Anno 1472. nimirum III. Hubas & V. Curtes in Henningsleiben: his Bonis accesserunt postmodum IX. aliæ Hubæ ibidem, ut constat ex renovatione Investituræ, quam pariter obtinuerunt

Anno 1542, *Georgius* & *Ioannes* de *Goltacker* Fratres, quibus successerunt

Anno 1572. *Georgius Wolffgangus*, *Georgius*, *Hartman-Christoph*, *Theodorus*, *Ioannes*, *Hermannus*, & *Burchardus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Goltacker.*

Anno 1602. *Fridericus*, *Albertus* & *Caspar*, Fratres; tum & illorum Agnati *Theodorus-Ludovicus*, & *Hermannus-Henricus*, omnes nati *Goltacker*: ex his Theodorus-Ludovicus, provasallus *Margaretæ* natæ ab *Harstal* conjugis suæ, investitus est insuper Anno 1610. de parte Feudi Munsterkirchen.

Tandem *Fridericus* & *Caspar Goltacker* soli ex reliquis omnibus, ut videtur, superstites, supradictum Feudum in Henningsleiben transtulerunt per venditionem Anno 1614. de consensu Abbatis Fuldensis, in Nobilem Gentem *Berlips* in *Seebach*, quæ & exinde titulum in Henningsleben sibi adjecit. Vid. Berlips in Seebach.

GOTENFELT.

Prob. 304. *Bertoldo* de *Gotenfelt* Vasallo Fuldensi, in Saxoniæ partibus existenti confert *Henricus* Dux Brunsvvicensis investituram Feudorum suorum, ex authoritate Abbatis Fuldensis, sibi desuper concessa specialiter Anno 1475.

GREIFFENCLAVV.

Fridericus de *Greiffenclavv* provasallus Conjugis suæ *Annæ*, Filiæ quondam *Conradi* de *Buches*, investitur Anno 1506. de Feudo ejus dotali in Flanstat.

Obtinuit postmodum Investituræ renovationem ipsamet relicta vidua Anno 1530. tam pro se, quam pro susceptis, ex defuncto conjuge suo Friderico, liberis.

GRIEZENHAYN.

Adolfus de *Griezenhayn* accipit in Feudum Anno 1440. Curtem in Schruckte.

GRIFFT.

Eckberto de *Grifft*, pro Feudo Castrensi deserviendo in arce Werdavve assignantur VI. Floreni annui redditus persolvendi ex Camera Abbatis Anno 1458. Prob. 305. eidem *Eckberto*, & uxori suæ *Irmilæ* constituuntur Anno 1475. alii V. Floreni de Camera, annuè ipsis ad dies vitæ exsolvendi.

GRIM-

Grimbech.

Conradus de *Grimbech* simultaneè cum sorore sua *Catharina*, & avunculo suo *Hardungo* de *Hongide* investitur de Feudo IV. Hubarum, quod illis ex obitu *Reinhardi* de *Ammera* avunculi sui obtigerat Anno 1334.

Groppendorff.

Christophorus Hilmar, Baro de *Groppendorff* Feudi sui in Mulbach &c. quod à *Friderico* de *Tungen* acquisiverat Anno 1686. investituram obtinet tam pro se, quam & pro Hæredibus suis masculini sexus.

Succedit in eodem *Hieronymus* Baro de *Groppendorff* præcedentis Filius, qui Investituræ renovationem accepit Anno 1715.

Grumpach vide Grumbach.

Ex antiquioribus Ecclesiæ Fuldensis Vasallis fuére Grumbachii, quandoquidem jam Anno 1151. Maravvardus Abbas, in Charta commutationis quorundam Bonorum coram Conrado Rege initæ, mentionem facit de *Marquardo* de *Grumbach*, *Beneficiato* suo, qui Vinetum, aliis jam subinfeudatum, sibi liberè resignavit. Corp. Trad. Fuld. n. 650.

Occurrit & ex hac eadem Gente *Otto* de *Grumpach* ad Annum 1305. quo se Advocatiam Cœnobii sanctimonialium in Hoeste, in subfeudum recepisse testatur, quam postmodum Advocatiam *Arreus* seu *Ar*‹i›*sius*, & *Henricus* de *Grumbach* Fratres, eidem Cœnobio vendiderunt *de assensu Eberhardi Abbatis Fuldensis, de cujus Abbacia prefata Advocacia in Feodum dinoscitur dependere*, jurantque se eandem venditionem ratam & firmam habituros sub pœna amissionis *omnium Feudorum aliorum, quæ*, inquiunt, *ab Ecclesia Fuldensi habere dinoscimur.* Ita Litteræ desuper confectæ Anno 1314. Prob. 307. & 18.

Grussen.

Hermannus de *Grussen* accipit Anno 1396. in Feudum VI. Hubas in Schonerstet aliaque Bona ibidem sita, quæ transmisit Anno 1440. in Filium suum *Albertum* de *Grussen*, qui postquam de iisdem simultaneè cum *Theodoro* Filio investitus esset, hic nihilominus post obitum Patris Anno 1473. Investituræ renovationem petiit, & obtinuit.

II. *Hermannus* de *Grussen* junior, Provasallus uxoris suæ *Catharinæ* de *Wangenheim*, investitur Anno 1442. de Feudo dotali, quod huic ex obitu *Apelonis* de *Wangenheim* Patris ejus obtigerat.

III. *Ludovico* de *Grussen* confertur Anno 1473. in Feudum Huba & Curtis cum attinentiis, in Henningsleiben sitis.

Gunsrode.

Fridericus de *Gunsrode* per simultaneam investituram obtinet Anno 1419. Vid. Bleichenbach.

unà cum Conjuge sua, Feudum in Sotzpach & Richenbach, quod huic, pater ejus *Rudolfus* de *Bleichenbach* in dotem assignaverat de consensu Joannis Abbatis.

Succedunt in eodem, Anno 1433. *Wigandus* de *Gunsrode.*

Anno 1475. *Joannes* de *Gunsrode.*

GUNTHEIM.

Prob. 308. *David* & *Sygelo* de *Guntheim*, duas partes Decimæ in Nithensheim, quam hactenus tenuerant in Feudum, alienant in favorem Cœnobii sanctimonialium in Rosenthal Anno 1315. resignantque in restaurum Bona sua in Guntheim XXV. maldra siliginis annuatim solventia, quæ, brevi manu, ab Erhardo Abbate Fuld. denuò recipiunt in Feudum.

GUNTHERS.

Joannes de *Gunthers* investitur Anno 1396. de Curte quadam in Neysvverts cum suis attinentiis, Feudo, scilicet, masculino.

GUNTHERSHAUSEN.

Prob. 309. *Joannes* de *Gunthershausen* investituram obtinet Anno 1450. Bonorum quorundam in Gemunden, quod Feudum Anno 1454. cessit in dotem Filiæ suæ nuptæ *Ludovico* à *Dermbach.* Vid. Dermbach.

GUSSTETE.

Henrico de *Gusstete* confertur Anno 1398. Feudum suum, ea lege ut tam Feudi ipsius quam Rerum quovis modò ad illud pertinentium, designationem & enumerationem exhibeat quantocius. Prob. 310.


GUTENBERG.

Martinus de *Gutenberg* investitur de Feudo in Retzstat, quod prius fuerat *Andreæ* de *Zobel*, à quo illud Anno 1483. comparaverat.

II. *Adam-Herbold Wolfgangus* de *Gutenberg* Provasallus Conjugis suæ *Catharinæ*, Filiæ quondam *Joannis-Friderici* de *Buchenavv* investitur Anno 1645. de Feudo ejus dotali in Buchenavv.

Succedunt Anno 1675. post obitum matris suæ Catharinæ prædictæ, ejus relicti liberi *Adam-Fridericus*, *Otto-Mauritius*, & *Emericus-Christophorus-Wolfgangus* de *Gutenberg.*

H.



Habel.

Conradus de *Habel* accipit in Feudum Anno 1420. Curtem dictam zu der Linden, cum suis attinentiis.

Haberkorn.

I. *Albertum* de *Haberkorn* acquirit Anno 1339. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium Castri Schildeck, eique assignat pro Feudo Redditus annuos V. librarum Hallens. in villa Scuntra.

II. *Joannes* de *Haberkorn* Feudum Castrense in Saleck refutat Anno 1488. in gratiam *Conradi* de *Fuchstat* affinis sui.

Hagen in *Duna*, *Hupstett*, *Rodigershagen*, *Wernerode*, *Vollenborn*, & *Niderngebra*.

Christophorus ab *Hagen* in *Duna*, Feudum in districtu Lengfelt, quod illi Anno

no 1546. obtigerat ex obitu *Joannis* de *Lutzenberg* Agnati sui, alienat An. 1569. de consensu Abbatis Fuld., sic ut summam mille Florenorum, ex eodem provenientem, teneret ac possideret inposterum in Feudum, id quod etiam transmisit in posteros, qui Investituræ renovationem obtinuerunt, hoc ordine, licet aliquantum interrupto :

Anno 1590. *Joannes-Christophorus*, & *Otto* ab *Hagen* in *Duna*, una cum minorenni Fratre suo *Joanne*.

Anno 1606. *Joannes-Christophorus*, qui suprà, pro se, pro minorenni Fratre suo *Ioanne*, & pro relictis ex altero Fratre Ottone minorennibus Nepotibus *Ioanne-Wilhelmo*, *Melchiore*, & *Iodoco* ab *Hagen* in *Duna*.

Anno 1669. *Christophorus* ab *Hagen* in *Hupstett*, *Ioannes* ab Hagen in *Rodigershagen*, tum *Iodocus-Hartmannus* ab *Hagen* in *Wernerode*, quondam Joannis-Wilhelmi ab Hagen in Duna Filius : ac denique etiam *Fridericus-Christophorus* ab *Hagen* in *Duna*, cum Fratre minorenni *Ioanne-Christophoro*.

Anno 1696. & 1701. *Fridericus-Christophorus* ab *Hagen* de *Duna* pro se & ex Jodoco-Hartmanno ab *Hagen* in *Wernerode* cognato suo, relictis liberis *Wilhelmo-Hartmanno* & *Ioanne-Christophoro*.

Anno 1715. *Ioannes-Christophorus* ab *Hagen* in *Duna* & *Vollenborn*, totius Familiæ Senior.

Christophorus Wilhelmus ab *Hagen* in *Rudigershagen*.

Antonius-Ludovicus & *Fridericus-Philippus* ab *Hagen* in *Niderngebra*.

Iodocus-Christophorus, & *Christianus-Wilhelmus* ab *Hagen* in *Duna* & *Vollenborn*.

VVilhelmus-Hartmannus & *Ioanne-Christophorus* ab *Hagen* in *VVernerode*.

Fridericus-Christophorus ab *Hagen* in *Hupstet*, sub Curatela *Friderici VVilhelmi* à *Zeng*.

HAYNE.

Arnoldus ab *Hayne* accipit Anno 1399. investituram Feudi Paterni in Ermersvverde, quod originaliter à Joanne de Berleyvvess processerat.

Prob. 311. II. *Christiano* ab *Hayne* suisque hæredibus dantur Anno 1412. in Feudum masculinum Denarii provenientes ex annuo censu, in quem tenebantur Hubæ in Appenheiligen.

HAYSPURGK vide HESSPERG.

HANSTEIN.

Prob. 312. *Henricus* de *Hanstein* de consensu Abbatis Fuld. alienat Anno 1346. in favorem Cœnobii Sanctimonialium in Germerode, omnia Bona sua in Rodebach sita, in quorum restaurum, alia proprietatis suæ Prædia in Gangilstat resignat, titulo Feudali imposterum à prædicto Abbate & sua Ecclesia tenenda & possidenda.

Prob. 313. II. *Henricus* de *Hanstein* junior per simultaneam investituram una cum Filiis suis *Ioanne* & *VVernhero* obtinet Anno 1455. Villam Videkolteshusen, Prædia quædam in Waldese, Titzenrode &c. in quod Feudum succedunt

Anno

Anno 1485. *Henricus* ab *Hanſtein*, Joannis præcedentis Filius, ſimultaneè cum Fratribus ſuis *VVernhero* & *Benedicto*, tum & Agnatis ſuis *Chriſtiano*, *Tylone*, & *VVernhero* ab *Hanſtein*, Wernheri ab Hanſtein quondam Filiis.

Anno 1514 *VVernerus* & *Henricus*, nec non *Chriſtianus Tylo* & *VVernherus*, omnes reſpectivè Fratres & Agnati ab *Hanſtein*.

Anno 1534. *Chriſtianus* ab *Hanſtein*, *Iodocus* & *Magnus* ab *Hanſtein*, Henrici quondam Filii, *Joannes* & *Jodocus* ab *Hanſtein* Tylonis quondam Filii, ac denique *Ioannes*, *Sigifridus*, & *Chriſtianus* ab *Hanſtein*, Wernheri quondam Filii.

Anno 1542. *Chriſtianus* ab *Hanſtein*, Chriſtiani quondam Filius cum reliquis, ut ſuprà, quibus accedit *Otto* ab *Hanſtein*, Joannis quondam Filius.

HANSTEIN in *Geiſmar*, *Erſthauſen*, & *VValhauſen*, *Obernſteina*, *Underſteina*, *Bornshagen* & *Obern-Erffa*.

Poſtquam in varias haſce Stirpes diviſa fuiſſet Nobilis hæc Familia, continuavit nihilominus in ea idem Feudum quod ſuprà; ejus enim Inveſtituræ renovationem obtinuerunt hoc ordine reliqui.

Anno 1563. *Otto* ab *Hanſtein* in *Geiſmar*, Joannis quondam Filius, nec non *VVernherus*, *Ioannes*, & *Henricus* Joannis ab *Hanſtein* in *Erſthauſen* quondam minorennes Filii ſub Tutela conſtituti.

Anno 1590. *VVernerus* & *Henricus* ab *Hanſtein* in *Erſthauſen* Fratres, tum *Chriſtianus* & *Iodocus* pariter Fratres, nati *Hanſtein* in *VValhauſen*, ac denique *Joannes-Henricus*, *Chriſtianus*, *Chriſtophorus* & *Otto* ab *Hanſtein* in *Geiſmar*, omnes reſpectivè Fratres & Agnati.

Anno 1610. *Joannes-Henricus* ab *Hanſtein* in Walhauſen, pro ſe & reliquis Agnatis ſuis.

Anno 1640. *Otto*, *Joannes-Henricus*, *Erneſtus-Fridericus* & *Adolfus-Erneſtus* ab *Hanſtein* in *VValhauſen*, quondam Joannis-Henrici ſupradicti Filii. *Otto-Hermannus*, *Adam-Fridericus*, & *Georgius-Chriſtophorus* ab *Hanſtein* in *Geiſmar*, Chriſtophori quondam Filii. *Fridericus*, *Joannes Sigefridus*, & *Adolfus-Erneſtus*, Werneri ab *Hanſtein* in *Erſthauſen* relicti Filii, omnes reſpectivè Fratres & Agnati.

Anno 1664. *Erneſtus-Fridericus* & *Adolfus-Erneſtus* ab *Hanſtein* in *VValhauſen*, Joannis-Henrici quondam Filii, *Joannes-Sigefridus* ab *Hanſtein* in *Erſthauſen*, Werneri quondam Filius, *Otto-Hermannus* & *Adam-Fridericus* ab *Hanſtein* in *Geiſmar* Chriſtophori quondam Filii, *Joannes*, Filius quondam Friderici ab *Hanſtein* in *Oberſteina*, *Iodocus Theodorus* & *Ioannes-Chriſtophorus* Fratres, Filii quondam Georgii-Chriſtophori ab *Hanſtein* in *Unterſteina*, *Caſpar-Georgius* Georgii-Burchardi in *Bornshagen* Filius.

Anno 1673. *Joannes-Sigefridus* ab *Hanſtein* in *Erſthauſen* uti Familiæ ſenior, pro reliquis ut ſupra, quibus de novo accedunt *Ioannes-Ludovicus*, *Ioannes-Chriſtophorus*, *Fridericus-Albertus*, *Erneſtus-Emanuel* & *Burchardus-Henricus*, Erneſti-Friderici ab *Hanſtein* in *VValhauſen* relicti Filii; *Georgius-Balthaſar*, & *Ioan-Erneſt-Fridericus* ab *Hanſtein* in *Underſteina*, Jodoci-Theodori quondam Filii, *Bernardus-Henricus* ab *Hanſtein* in *Obern-Erffa*, Adolfi quondam Filius.

 Anno

Anno 1692. *VVernerus-Sitticus* & *Ioannes-Adolfus* ab *Hanstein* in *Ersthausen*, *Fridericus Casparus*, & *Ioannes-Henricus* ab *Hanstein* in *Obernsteina* Joannis quondam Filii: Reliqui ut suprà, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1715. *Ioannes Ludovicus* ab *Hanstein* in *VValhausen* uti senior Familiæ, *Ernestus-Emanuel*, *Ioan Henricus*, *Ioannes-Ernestus-Fridericus*, *Ioannes-Adolfus*, *Burchardus*, *Ioannes Ludovicus*, *Ioannes-Christophorus*, *Carolus-Fridericus*, *Otto-Henricus*, *Ioannes-Christophorus*, & *Ioannes Ludovicus*, omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Hanstein*.

HARFF.

Ioannes VVilhelmus ab *Harff* Provasallus Conjugis suæ *Margaretæ*, Filiæ quondam *Ioannis Brendel* ab *Homberg*, investitur Anno 1624. de Feudo ejus Dotali, nimirum, parte Decimæ in Bonemese, Kaltebach &c. cum Jurisdictione. Succedunt postmodum in eodem

Anno 1643. *VVolffgang-Fridericus* & *Ioannes-Adam* ab *Harff* Fratres, post obitum Margaretæ matris suæ. Ex his superstes *Ioannes-Adam* sui Stemmatis ultimus, idem Feudum refutavit Anno 1678. in favorem Nobilium de *Ried*. Vid. Ried.

HARSTAL.

Prob. 314. *Henricus* ab *Harstal* Hubam I. & Agros V. in Sconerstete, quos hactenus tenuerat in Feudum, refutat Anno 1392. in manus Abbatis Fuld. postulatque de iisdem investiri *Theodorum Friese*, affinem suum.

II. *Hermannus* ab *Harstal*, unà cum *Friderico* Fratre, tum & Agnatis suis *Ioanne*, *Theodoro*, & *VVernhero* ab *Harstal*, simultaneè investitur de solitudine dicta Berterode, sive Betterode cum attinentiis suis. Anno 1463. Cui accessit postmodum alia solitudo dicta Monsterkirchen: Utriusque Feudi investituram ac renovationem, duabus litteris reversalibus distinctim, & separatim expressam, obtinuerunt, prout moris

Anno 1513. *Ioannes* & *VVernherus* ab *Harstal* Fratres, simultaneè cum *Ernesto* ab Harstal Agnato.

Anno 1534. *Ernestus*, *VVernherus*, *Melchior*, *Hermannus* & *Ioannes* ab *Harstal*, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1549. *VVernherus*, *Georgius*, *Christophorus*. *Melchior*, *Herman* & *Ioachim* ab *Harstal*, omnes pariter respectivè Fratres & Agnati.

HARSTAL, in *Myla* in *Diedorff* & in *Creutzburg*.

Facta in hunc modum Familiæ hujus divisione in varias Stirpes, remanserunt nihilominus Feuda illa indivisa, in quæ successerunt ordine continuo, & in solidum prout ante,

Anno 1594. *Ioannes Georgius* ab *Harstal* in *Myla*, *VVilhelmus* & *Melchior* ab *Harstal* in *Diedorff*, *Ioannes Ludovicus* & *Hermannus* ab *Harstal* in *Creutzburg*, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1612. *Ioannes-Ludovicus*, *Hermannus*, *Fridericus VVilhelm*, & *Georgius*-

gius-Melchior ab *Harstal* in *Diedorf*, Melchioris quondam Filii. Simultaneè cum reliquis Agnatis.

Anno 1624. *Fridericus-Wilhelmus* & *Georgius-Melchior* ab *Harstal* in *Diedorf*, Melchioris prædicti superstites Filii. *Ioannes-Christophorus* etiam in *Diedorf*, Wilhelmi quondam Filius. *Hermannus Adolfus*, *Melchior-Hartmannus*, & *Ioannes-Wilhelmus* ab *Harstal* in *Creutzburg*, Joannis-Ludovici quondam Filii, ac demum *Adam-Georgius*, *Heimeradus-Philippus*, & *Ioannes-Hermannus* pariter *Harstal* in *Creutzburg*, Hermanni quondam Filii.

Anno 1645. *Joannes Christophorus* ab *Harstal* pro se & Agnatis suis absentibus *Ioanne Ludovico*, *Ioanne-Friderico* & *Henrico-Sittico*: tum *Hermannus-Adolfus* pro se & Fratre suo *Ioanne-Wilhelmo*. Denique *Adam-Georgius*, & *Fridericus-Christophorus*, omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Harstal*.

Anno 1667. *Christianus-Ulricus*, *Ioannes Fridericus* & *Wilhelmus-Ludovicus* ab *Harstal* in *Creutzburg*, Filii quondam Joannis-Wilhelmi, sub Tutela *Magdalenæ-Sibyllæ* Ducissæ Saxo-Meinungensis.

Anno 1678. *Ioannes Reinardus*, Joannis Christophori quondam Filius. *Wilhelmus-Ludovicus*, *Christianus-Ulricus* & *Ioannes-Fridericus*, Joannis-Wilhelmi, ut suprà Filii; *Georgius-Hermannus*, *Wilhelmus-Burchardus* & *Wilhelm-Lud-Burchardus* Ernesti-Christophori quondam Filii; *Fridericus-Christophorus* Georgii-Melchioris Filius.

Anno 1685. *Franciscus-Christianus* ab *Harstal* in *Myla* post obitum Joannis-Reinardi Patris, pro se, & minorennibus Fratribus *Friderico-Wilhelmo* & *Ferdinando*; tum Joannis-Wilhelmi, & Ernesti-Christophori Filii mox recensiti, ac insuper *Ioannes-Ernestus*, *Fridericus-Hermannus*, & *Georgius-Melchior*, Friderici-Christophori quondam Filii; omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Harstal*.

Anno 1715. *Fridericus-Wilhelmus* & *Ferdinandus* quondam Ioannis-Reinhardi Filii; *Georgius-Melchior*, *Fridericus-Hermannus*, & *Ioannes-Ernestus*, Filii quondam Friderici-Christophori; *Wilhelmus-Ludovicus*, *Christianus-Ulricus*, *Ioannes-Fridericus*, quondam Ioannis-Wilhelmi Filii pro se, & Agnato suo *Wilhelmo-Ludovico-Ernesto* Ernesti-Christophori Filio, tum denique Sophia-Sibylla ab Harstal Relicta Georgii-Hermanni, Tutorio nomine, pro Filio suo *Georgio Ludovico-Ernesto* ab Harstal. Omnes respectivè Fratres & Agnati ab Harstal.

HARTHEIM.

Sitticus ab *Hartheim* Provasallus uxoris suæ *Annæ* investitur de Feudo ejus Dotali, nempe medietate Castri Retzstat &c. Anno 1444. Vid. Hoyts.

HASELA.

Henricum de *Hasela* Filium quondam *Gerardi* de *Hasela* acquirit Anno 1333. Prob. 315. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium Castri Haselstein, assignatque eidem pro Castrensi Feudo VI. libras Hallens. annui Redditus super Telonio suo in Vache.

II. *Bertoldus* de *Hasela* accipit Anno 1396. in Feudum montem dictum Happenberg, tria jugera agrorum &c.

HATSTEIN.

Hatstein.

Prob. 317. *Marcolfum* ab *Hatstein* acquirit Anno 1358. Henricus Abbas in Castrensem Arcis suæ Bingenheim, ad tempus octo annorum, quibus elapsis, ipse ab Homagii vinculo solutus tenebitur restituere Ecclesiæ Fuldensi villam Petirsvvile, qua interim, nomine Castrensis Feudi, cum omni jure potiretur.

Vid. Stockheim. II. *Ioannes* ab *Hatstein*, Provasallus matris suæ, natæ *Cunigundæ* de *Stockheim*, investitur Anno 1589. de Feudo ejus dotali in Richelsheim; succedit postmodum in eodem *Philippus-Eustachius* ab *Hatstein*; dein

Anno 1650. *Ioannes* & *Henricus-Fridericus* ab *Hatstein*, ejusdem Filii.

Anno 1671. *Ioannes*, *Henricus-Fridericus*, *Kunigunda*, *Esther-Dorothea* & *Anna-Agatha*, respectivè Fratres & Agnatæ omnes ab *Hatstein*.

Anno 1711. *Henricus-Fridericus* ab *Hatsstein*, tum etiam relicti ex *Ioanne* ab *Hatstein* liberi; *Damianus-Hartardus*, *Christophorus-Philippus-Adam*, *Ioannes-Hugo-Antonius*, *Anna-Francisca-Catharina*, *Maria-Eva-Ernestina*, & *Clara-Elisabetha*. Qui simul omnes Investituræ renovationem obtinent Anno 1715. quemadmodum ex iis *Damianus-Hartardus* Anno 1721. pro se, & reliquis omnibus.

Hattenbach.

Prob. 316. *Ludovicus* de *Hattenbach* recipit Anno 1396. investituram Feudi sui, quod possidebat in Hohenhemmen & Vusten-Reyna.

II. *Henricus* de *Hattenbach* accipit in Feudum Anno 1428. VIII. Hortos in Luternbach, Prædium & Molendinum in VVigers &c. succedunt eidem in his Bonis.

Anno 1475. *Henricus* de *Hattenbach*, cui insuper obtigit in Feudum medietas villæ Minzenbach, Cavea sub Castro VVerdavv &c.

Anno 1522. *Martinus* de *Hattenbach*.

Anno 1543. *Anna* & *Barbara* de *Hattenbach*, relictæ minorennes Filiæ Martini prædicti, sub Tutela *Laurentii* de *Romrod*, & *Adami Urot*.

III. *Ludovicus* de *Hattenbach* per simultaneam investituram cum Fratre suo *Henrico* obtinet Decimam in Alsfeld, quod Feudum illis ex obitu Nobilium de Phefferssack obtigit Anno 1478. Illud successivè postmodum tenuére *Ludovicus* & iterum *Ludovicus* de *Hattenbach*, prior Anno 1490. alter vero 1510.

Haune vide Hune.

Hausen olim Husen.

Vid. Farenrode. *Bertoldus* de *Hausen*, Provasallus uxoris suæ N. Filiæ quondam *Ludovici* de *Farenrode*, investitur Anno 1417. de medietate villæ minoris Lupnitz.

II. *Fridericus* de *Hausen* succedit Anno 1453. in partem Feudi IX. Hubarum in Vuargula, quod prius fuerat *Hermanni* de *Topffern*.

HAU-

HAUSEN in *Schonerstet & Ballnhausen.*

Sigismundus de *Hausen* accipit in Feudum Anno 1488. VI. Hubas in Schonerstet, &c. Succedunt in eodem ejus Filii.

Anno 1515. *Melchior-Georgius* & *Balthasar* de *Hausen* sub Tutela *Christophori* de *Hausen*, dein

Anno 1554. *Sigismundus*, *Georgius*, *Ioannes* & *Fridericus* de *Hausen* Fratres. Dicti de *Schoenerstat.*

Anno 1592. *Fridericus* de *Hausen* in *Schoenerstat*, *Bernardus* de *Hausen* in *Ballnhausen*, nec non *Longinus* ab *Hausen* de *Schonerstatt*, quondam Georgii relictus minorennis Filius.

Anno 1607. *Longinus*, *Ioannes*, *Fridericus* & *Philippus* ab *Hausen*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1641. *Philippus*, *Valentinus-Melchior*, & *Georgius-Sigismundus* in *Schonerstatt* & *Gros-Ballnhausen* respectivè Fratres & Agnati ab *Hausen.*

Anno 1662. *Valentinus-Melchior*, *Georgius-Sigismundus*, & *Hartmannus-Philippus* de *Hausen* in *Schonerstat* & *Ballnhausen* respectivè Fratres & Agnati. A quibus hoc Feudum transiit per venditionem in Familiam *Marschall* ab *Aldenguttern.* Vid. Marschal in Aldenguttern.

HAWISEL.

Anselmo ab *Havvisel* dantur Anno 1398. in Castrense Feudum deserviendum in Arce Bingenheim X. libræ Hallensium. Prob. 318.

HEHENZELLE sive HENZELL.

Ioannes ab *Hehenzelle* obtinet Anno 1376. investituram Castrensis sui Feudi in Saleck. Ac dein Anno 1386. de consensu Abbatis Fuld. constituit Conjugi suæ *Christinæ* Dotalitium ducentorum Florenorum super alio Feudo suo, nimirum Curte in Villa Kothen.

II. *Ioannes* de *Hehenzelle* accipit in Feudum Anno 1397. Curtem in Marbrecelle cum appenditiis suis.

HEILIGEN.

Conradus de *Heiligen* duas Hubas in Hunevelt, quas hactenus ab Ecclesia Fuld. possidebat in Feudum, alienat Anno 1282. in favorem Ecclesiæ Collegiatæ ibidem. Prob. 319.

HELDRIT in *Gozmerodt.*

Arnoldus ab *Heldrit* in *Gozmerodt* Provasallus uxoris suæ, Filiæ quondam *Ioannis Marschalk* ab *Ostheim* investitur Anno 1559. de Feudo ejus dotali, parte nimirum Villæ Rappertshausen &c. Succedunt in eodem Anno 1593. post obitum matris, relictæ Filiæ, *Anna Maria*, Conjux *Sigismundi Voit* de *Saltzburg*, altera

ra *Ursula* Conjux *Andreæ* ab *Hesperg*, tertia *Catharina* vidua N. de *Boineburg*, denique & *Anna Maria* ab *Heldrit* innupta.

HENZENSTEIN.

Prob. 320. *Edelindis* uxor *Henrici* ab *Henzenstein*, conjuncta manu liberorum suorum utriusque sexus, alienat Anno 1395. in favorem *Agnetis* de *Prumheim* Feudum suum, nempe Piscariam in Prumheim, pro quo assignat in restaurum IV. suæ proprietatis jugera pratorum, quæ similiter, ac eodem prorsus titulo, quo ante, in Feudum recipit ab Ecclesia Fuldensi.

HERBILSTAT.

Prob. 321. *Paulum* ab *Herbilstat* acquirit Conradus Abbas in Castrensem Hæreditarium

Vid. Buttlar. Castri & Oppidi sui Lengsfelt Anno 1380 eidemque assignat pro Castrensi Feudo VI. Florenos annui Redditus super precaria sua ibidem.

II. *Andreas* de *Herbilstat* accipit Anno 1450. tria Prædia sita in Kalten-Sontheim.

III. *Theodorico* de *Herbilst t* dantur in Feudum quinque Hubæ in Rappertshausen.

IV. *Wilhelmus* de *Herbilstat* Investituram obtinet Anno 1473. Feudi materni, Curtis nimirum in Ramnungen: in quo Feudo postmodum etiam succedunt Anno 1502. *Conradus* de *Herbilstat* simultaneè cum *Scholastica* & *Kunigunda* de

Vid. Fulbach. *Herbilstat*, relictis ex Fratre suo *Wilhelmo*, Neptibus. A quibus transit Feudum

Vid. Stein in Sontheim. partim in Familiam Fulbach, partim in illam de Stein in Sontheim.

HERDA.

Prob. 322. *Henricum* ab *Herda* acquisivit Anno 1376. Conradus Abbas in Castrensem Hæreditarium Arcis suæ Gerstungen, assignavitque eidem pro Feudo Castrensi VI. Florenos annui Redditus super Teloneo ibidem.

Prob. 323. Successit in eodem *Fridericus* ab *Herda* Anno 1396. cui insuper obtigit aliud Castrense Feudum in Vache: nimirum, Ædes cum Curte ibidem, ac VIII. lib. Hallens. annui redditus &c.

Utrumque Feudum obtinuit Anno 1431. per investituram *Wilhelmus* ab *Herda*, ac post ipsum Anno 1456. *Frund* ab *Herda* ejus Filius, quo etiam mortuo, sed absque prole mascula, successit solus in Feuda Castrensia *Andreas* ab *Herda*,

Prob. 324. frustra reclamante *Dorothea* defuncti Frund ab *Herda* relicta Filia, cui per sententiam Parium Curiæ Anno 1486 ea abjudicata sunt, salvo jure suo in reliquis.

II. *Fridericus* ab *Herda* accipit Anno 1444. in Feudum villam Ettenhusen ad Nessam fluvium sitam, cum attinentiis, transmittitque Anno 1458. per obitum in Filios suos *Fridericum*, *Albertum*, *Andream* & *Hermannum* ab *Herda*.

III. *Ludovico* ab *Herda* obtigit Anno 1433. in Feudum portio Arcis Volkershausen, & villa Ebenheim in Thuringia.

IV. *Phi-*

IV. *Philippus* ab *Herda* Marescalcus Fuldensis, ob fidele suum ac gratum servitium sæpius exhibitum, variis Beneficiis vicissim affectus est; eundem enim Reinhardus Abbas non solum investivit de duobus Feudis Castrensibus in Lengsfelt, & Geysa, quæ sibi Anno 1450. per obitum tam *Henrici* de *Tafta*, quam *Joannis* à *Kethen* fuerant aperta, sed & insuper summam quingentorum Florenorum eidem Philippo & uxori suæ *Elisabethæ*, natæ de *Wilnavv*, assignavit super medietate Castri, Oppidi, & Satrapiæ Lengsfelt Anno 1454. eaque fruerentur, donec illis aut hæredibus prædicta pecunia numerata fuisset, quo in casu eandem in Fundos seu redditus converterent, ab Ecclesia Fuldensi imposterum titulo Feudali tenendos ac possidendos, quod & factum fuisse comperimus Anno 1465. Prob. 326.

Cœterum, successerunt in his Feudis postmodum *Rabanus* & *Manegoldus* ab *Herda*. Philippi quondam Filii, quorum prior Investituræ renovationem obtinuit Anno 1475. reliquitque moriens *Philippum* Filium hæredem, à quo Feudum illud Castrense in Lengsfeld, de quo suprà, alienatum fuit, de consensu Abbatis Fuld. in favorem *Ludovici* de *Boineburg* Anno 1523. Vid. Boineburg in Lengsfelt.

HERDA in *Brandenburg*.

Hanc Stirpem constituisse videtur *Andreas* ab *Herda*, is de quo in præcedenti Articulo egimus sub Num. I. quando nimirum per sententiam Parium investitus est Anno 1486. de Feudis Castrensibus, quæ prius fuerant *Frund* ab *Herda*: ex his illud in Vache, una cum ejusdem naturæ prædiis aliquot, transiit ad Andreæ posteros, qui Investituræ renovationem obtinuerunt hoc ordine.

Anno 1492. *Henricus* ab *Herda* in *Brandenburg*.

Anno 1513. *Albertus* & *Sebastianus* ab *Herda*, Fratres.

Anno 1530. *Damianus* ab *Herda*, Henrici quondam Filius, simultaneè cum Fratribus suis *Wilhelmo-Martino*, *Ioanne* & *Christiano* ab *Herda*, nec non *Reinhardus* ab *Herda*, Alberti quondam Filius, simultaneè cum Fratribus suis. Tum etiam *Christophorus* ab *Herda*, Sebastiani quondam Filius, una cum Fratribus, ut reliqui.

Anno 1555. *Caspar* ab *Herda*, *Georgius*, *Ioannes-Andreas-Wilhelmus*, *Reinhardus*, *Gabriel*, *Philippus-Christophorus*, *Sebastianus*, *Paulus*, *Damianus & Rabanus*, omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Herda*.

Anno 1573. *Georgius*, *Reinhardus*, & *Gabriel* ab *Herda*, tum *Georgius-Philippus* ab *Herda*, Philippi quondam Filius minorennis sub Tutela constitutus, *Georgius-Ludovicus* ab *Herda* Sebastiani quondam Filius, pariter sub tutela; ac dein *Conradus*, *Wolfgangus*, *Wolfgangus Sigismundus* & *Fridericus* ab *Herda*, omnes respectivè Fratres & Agnati. Ex iis, Georgius ab Herda, Feudum in Gerstungen acquisiverat Anno 1587. quod mox in Familiam Wangenheim transiit.

Anno 1596. *Conradus*, *Wolfgangus-Sigismundus*, *VVilhelmus*, *Ioannes Georgius*, *Georgius Philippus*, *Ioannes-Caspar*, *Ioannes-Christophorus*, *Georgius-Ludovicus*, *Christophorus-Ernestus* ab *Herda*; tum etiam *Paulus-Edoardus*, & *Ioannes-Ernestus*, omnes respectivè Fratres & Agnati ab *Herda*, qui denuo Feudi renovationem obtinuerunt Anno 1603. post obitum *Georgii Ludovici* ab *Herda*, in cujus locum successerunt minorennes ejus relicti Filii *Otto-Sebastianus* & *Christophorus-Carolus* ab *Herda*.

Obtigit insuper *Paulo-Eduardo* & *Ioanni Ernesto* ab *Herda* Fratribus Feudum in Heringen & Salmanshausen, de quo investiti Anno 1601. illud, ut singulare, ad suos descendentes transmiserunt in Linea recta.

Anno 1626. *Ioannes-Georgius*, *Ernestus-Christophorus*, *Conradus-Adam*, *Ioannes-Caspar* ab *Herda*. Nec non *Paulus-Edoardus*, *Otto-Sebastianus*, *Carolus-Christophorus* & *VVolfgangus-Hermannus* ab *Herda*; tum, *Iodocus-Christophorus* & *Balthasar-Ernestus* Joannis Ernesti ab *Herda* quondam Filii. *Ioannes*, *VVolfgangus-Hermannus* & *Andreas-VVilhelmus* ab *Herda*, Wolfgangi-Sigismundi quondam Filii, ac denique *Philippus* ab *Herda*, Christophori quondam Filius; omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1645. *Georgius-Sitticus* ab *Herda*, Joannis-Georgii quondam Filius pro se & ex Fratre Reinhardo-Christiano relictis Nepotibus *Philippo-Iodoco* & *Henrico-Christophoro* ab *Herda*. Tum, *Otto-Hermannus* ab *Herda*, Conradi-Adami quondam Filius, *Ioannes-Caspar* ab *Herda*, Joannis-Casparis quondam Filius, *VVolfgangus-Hermannus* & *Andreas-VVilhelmus* ab *Herda*, Wolfgangi-Sigismundi quondam Filii, *Iodocus-Christophorus*, Joannis-Ernesti quondam Filius, *Carolus-Christophorus* ab *Herda*, Georgii Ludovici quondam Filius, *Georgius-Sebastianus* ab *Herda*, Ottonis-Sebastiani quondam Filius; omnes Fratres & Agnati ab *Herda*.

Anno 1667. *Iodocus-Burchardus*, *Georgius-Ernestus*, *Philippus-Ernestus*, *Caspar-VVilhelmus*, & *Raphael-Ioannes* ab *Herda*, Fratres, Georgii Sittici quondam Filii, simultaneè cum Agnatis suis *Luca-Melchiori*, *VVolfg.-Sigismundo*, *Ioanne-Christophoro* & *Friderico-VVilhelmo* ab *Herda* Fratribus.

Anno 1689. *Ioannes-Philippus-Iodocus*, *Leopoldus* ab *Herda* Georgii-Ernesti quondam Filii; nec non *Caspar-VVilhelmus* junior, *Caspar-VVilhelmus* senior, *Lucas-Melchior*, *Philippus-Ernestus*, *Raphael Ioannes*, *Ioannes-Christophorus*, & *Fridericus-VVilhelmus* ab *Herda*, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1701. *Fridericus-VVilhelmus*, *Ioannes-Philippus-Iodocus*, *Caspar-VVilhelmus*, *Raphael-Ioannes*, *Caspar-VVilhelmus*, *Adam-Leopoldus*, *Philippus-Ernestus*, *Ioannes-Christophorus*, *VVolfgang-Sigismundus*, & *Henricus-Christophorus* ab *Herda*, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1713. *Rabanus*, *Philippus-Ernestus*, *Fridericus-Wilhelm*, *Ioannes-Christophorus*, *Wolfgangus-Sigismundus*, *Henricus-Christophorus*, *Ioannes-Philippus-Iodocus*, & *Adam-Leopoldus* ab *Herda*, omnes respectivè Fratres & Agnati, qui & Feudi sui renovationem obtinuerunt Annis 1713. & 1716. exceptis Philippo-Ernesto, & Joanne-Philippo-Jodoco ab Herda, qui obierant Anno 1713. prædicto.

HERDA dicti *Phluger*.

Petrus ab *Herda* dictus *Phluger* simultaneè investitur Anno 1473. una cum Conjuge sua *Irmila* de Curte aliisque Bonis in Inferiori-Ochsen sitis, quod Feudum fuerat *Ioannis Phluger*.

HERINGEN.

Hermannus ab *Heringen* accipit Anno 1360. in Feudum Hubam cum attinentiis in Inferiori-Ochsen; id quod postmodum Anno 1363. alienat in favorem *Tylonis* de *Volkershausen*.

II. *Henrico* ab *Heringen* contulit Anno 1387. Fridericus Abbas Feudum masculinum in Bruheim, quod sibi ex obitu Filiorum *Henrici* de *Tonna* fuerat apertum.

Prob. 327. Vid. Tonna.

III. *An-*

III. *Andreas* ab *Heringen* investitur Anno 1430. de Jurisdictione & cunctis Bonis suis in Heringen, simultaneè cum Conjuge sua *Margareta*, à qua titulo venditionis pervenerunt ad *Ludovicum* Hassiæ Landgravium, de consensu expresso Abb. Fuldensis.

HERMSTAD.

Andreas ab *Hermstad* accipit in Feudum Anno 1450. tria Prædia in Kalten-Suntheim.

HEROLTZ.

Godefridus ab *Heroltz* Advocatiam in Heroltz, quam ut Feudum antiquum ab Ecclesia Fuldensi hactenus tenuerat & possederat, alienat de consensu Henrici Abbatis Anno 1328. in favorem Monasterii S. Andreæ juxta Fuldam. Prob. 328.

II. Alia adhuc huic Nobili Genti Feuda erant in Gresenavv, Triensteina, Salza &c. quæ omnia se possidere testatur *Bengala* ab *Herolds* per litteras datas Anno 1384. sub Sigillo *Siffridi* de *Nordeck* mariti sui.

HEESE.

Valentinus ab *Heese* Provasallus Conjugis suæ *Margaretæ*, Filiæ quondam *Georgii* à *Buchenavv* in *Lintheim*, investitur Anno 1551. de Feudo ejus dotali. Similiter *Joannes* ab & in *Heese* Provasallus Conjugis suæ *Amaliæ*, natæ à *Karben*, investitur Anno 1600. de portione Feudi in Schacken, quod prius fuerat *Conradi* ab *Eberstein*.

HESBERG, sive HESSPERG & HAYSPURCK.

Theodoricum de *Hesberg* acquisivit Anno 1344. Henricus Abbas in Castrensem suum Hæreditarium in Salzungen, assignatis eidem IV. libris Hallens. annui redditus super Telonio ibidem.

II. *Conradus* ab *Hesberg* investitur Anno 1444. de Keminata in Dipperts &c. quod Feudum à Patre suo *Gysone* defuncto acceptum, refutavit Anno 1452. de consensu Hermanni Abbatis, in favorem *Hermanni* de *Gelnhusen*, cui illud cum Filia sua in dotem tradidit. Vid. Gelnhausen.

III. *Joannes-Wilhelmus* ab *Hesberg* Provasallus uxoris suæ *Annæ*, Filiæ quondam *Ernesti* de *Buttlar* de *Nevverburg*, investitur Anno 1561. de Feudo ejus Dotali, parte scilicet Castri Buttlar cum attinentiis: succedunt postmodum in hoc Feudo

Anno 1599. *Joannes-Wilhelmus* & *Christophorus-Philippus* ab *Hesberg*, ac dein

Anno 1606. *Joannes-Casimirus* & *Joannes-Ludovicus* ab *Hesberg* simultaneè cum sorore sua *Sabina*, Christophori Philippi quondam relicti liberi. Ex his Joannes-Ludovicus partem suam alienavit Anno 1619. in favorem Nobilium de *Tann* in *Tasta*. Vid. Tann in Tasta.

HESELER.

Prob. 329. *Theodoricus* de *Heseler* accipit Anno 1396. investituram Feudi sui Castrensis in Saleck. Succedunt in eodem

Anno 1441. ejus Filius *Theodoricus* de *Heseler*, cui in Feudi hujus Meliorationem assignati sunt XII. Modii Frumenti annui redditus super Oppido Hamelburg.

Anno 1461. *Theodoricus* & *Fridericus* de *Heseler* Fratres: ex his Fridericus Anno 1474. superstes Investituræ renovationem obtinuit; postquam anno præcedenti etiam in Feudum receperat medietatem Castri Rezzstat.

HILDEBERC.

Prob. 588. *Adelbertus* de *Hildeberc* investitur circa Annum 1220. de Advocatia Cœnobii Sanctimonialium in Rore, quod Feudum postquam per ejus obitum vacasset, illud invadere tentaverunt *Otto* de *Cundorff* & Filii ejus: verum Conradus Abbas ex manibus eorum ereptum, appropriavit Cœnobio prædicto per litteras datas Anno 1228.

HIRZENHAIN.

Adolfus de *Hirzenhain* investitur Anno 1440. de Curte quadam in Schrickte &c. cujus Feudi masculini expectativa ipsi jam Anno 1429. ab Ecclesia Fuldensi concessa fuerat ad instantes preces *Conradi* de *Martdorff*, casu quo is absque prole mascula decederet.

HOBEHERRE sive HOBHERRE.

Volpertus de *Hobeherre* accipit in Feudum Anno 1398. quartam partem Jurisdictionis & Decimæ in majori & minori Selheim. Succedunt in eodem Feudo

Anno 1406. *Crafto* de *Hobherre*, cui insuper obtigit pars Decimæ in Lamphershausen.

Anno 1433. *Gerlacus* de *Hobherre* simultaneè unà cum Fratribus suis *Volperto* & *Ambrosio*, è quibus solus superstes Ambrosius Anno 1450. in defunctorum portiones successit, quas & ipse obiens Anno 1479. transmisit in Filium suum *Ambrosium* de *Hobherre*, cui in meliorationem Feudi sui addita est Advocatia ibidem cum Jure Patronatus.

HOELIN.

Richolfo Hœlin, & *Joanni* ejus Filio, per simultaneam investituram, cuilibet

Prob. 330. ad dies vitæ tantum, donavit Anno 1382. Conradus Abbas in Feudum masculinum, & in meliorationem aliorum Feudorum suorum, quæ ab Ecclesia Fuldensi possidebant, medietatem solitudinis dictæ zum Nevvendorff, sitam inter Bruckenavv & Schildeck.

HOEN-

Hoenfels.

Witikindus ab *Hoenfels* succedit per investituram simultaneam cum *Henrico Dhers* Anno 1456. in partem Feudi in Echzelle, quod ex obitu *Joannis Levve* de *Steinfurt* illorum Avunculi ipsis obtigerat.

Hoffmeister.

Hermannus Hoffmeister accipit in Feudum Anno 1380. V. Hubas juxta Creutzburg, quas alienavit postmodum in favorem Hermanni ab Harstal Anno 1387.

II. *Joannes Hoffmeister* investitur Anno 1441. de Feudo suo in Warmuntes.

Hohenberg dicti *Buman.*

Theodoricus de *Hohenberg* dictus *Buman*, Mareschallus Ecclesiæ Herbipolensis, conjuncta manu cum Conjuge sua *Hedevvige*, eorumque Filio *Theodorico* & hujus Conjuge *Elisabetha*, transscribunt Ecclesiæ Fuldensi VI. libras Hallens. annui redditus super Bonis suis propriis in villa Miltz, Anno 1333, quam rem donatam, brevi manu, Henricus Abbas iisdem retradidit in Feudum, annuitque insuper, ut alia Bona sua Feudalia sita in Snapach, Nuvvendorff, & Eschinovve iidem *Teodoricus* ab *Hohenberg* Pater & Filius, alienarent in favorem Monasterii Eberacensis, assignatis prius in restaurum, proprietatibus suis in Oberfelt, Buler & Munster, quas deinceps tenerent & possiderent in Feudum à prædicta Ecclesia Fuldensi, quemadmodum de præcedentibus Bonis alias fecerant. Prob. 331. & 333.

Simili modo postquam Anno 1336. idem Henricus Abbas, in amborum gratiam appropriasset Theodorico juniori montem dictum Eychelberg, situm sub Zabelstein, assignavit hic etiam in restaurum Bona quædam proprietatis suæ in Villa Wonrode, ab Ecclesia Fuldensi, titulo Feudali imposterum tenenda & possidenda. Prob. 332.

Hohenberg dicti *Holtzsatil.*

Exstat in Corp. Traditionum Fuldens. sub Num. 661. Charta Henrici Abbatis, qua ad preces *Mechtildis* nobilis viduæ appropriat Anno 1293. Monasterio Fuldensi Allodium & cuncta Bona, quæ ipsa simultaneè cum *Eberhardo* ab *Hohenberg* dicto *Holtzsatil* tenuerant ab Ecclesia Fuld. in Feudum, in Utensachsin.

Holtzhausen vide Raw.

Hongide.

Hartungus ab *Hongide* investitur Anno 1395. de IV. Hubis in Schonerstet, & III. juxta Mulhusen. Succedit in Feudo paterno

Theodoricus ab *Hongide* Anno 1411.

Hophgarten.

Fridericus ab *Hophgarten* accipit in Feudum Anno 1421. quartam partem Villæ

Villæ Wolfersvvinden, quam ab *Hermanno* & *Henrico* de *Salza* Fratribus pretio acquisiverat. Idem Provasallus uxoris suæ *Catharinæ*, Filiæ *Friderici* de *Wangenheim*, ac simul Tutor relicti hujus minorennis Filii *Georgii*, investitur Anno 1450. de portione Feudi Sonneborn.

Vid Wangenheim de Winterstein.

II. *Theodorus* ab *Hophgarten* simultaneè cum *Georgio* Fratre, & *Friderico* ac *Rudolfo* ab *Hophgarten* Agnatis, Investituram obtinet villæ Ebenheim &c. Anno 1474. in quo Feudo succedunt postmodum

Anno 1486. *Wilhelmus*, *Georgius* & *Rudolfus* ab *Hophgarten*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1547. *Fridericus*, *Ernestus* & *Christophorus* tum etiam *Wilhelmus*, *Hieronymus*, *Rudolfus* & *Joannes*, omnes ab *Hophgarten*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1559. *Christophorus* & *Ernestus* ab *Hophgarten* Fratres, simultaneè cum *Hieronymo* ab Hophgarten in *Schothaim* Agnato suo.

Anno 1570. *Joannes-Georgius* & *Hieronymus* ab *Hophgarten* Agnati, ac etiam minorennes relicti liberi quondam Christophori ab Hophgarten, sub Tutela *Joannis* de *Totleiben* & *Dieterici* ab *Heiligen*.

Anno 1586. *Georgius Wilhelmus*, *Fridericus*, & *Joannes*, Filii quondam Christophori ab *Hophgarten* prædicti: nec non *Georgius-Wilhelmus* junior, Joannis-Georgii quondam relictus minorennis Filius: tum & ex Diterico ab Hophgarten relicti liberi *Christoph-Ernestus*, *Georgius-Rupertus*, *Sigismundus*, & *Joannes* ab *Hophgarten*, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1595. *Fridericus* & *Georgius Wilhelmus* ab *Hophgarten* Fratres, tum & Dieterici ab Hophgarten qui supra relicti minorennes Filii: cum Joannis ab Hophgarten pariter relictis duobus Filiis, *Christophoro-Theodorico*, & *Joanne-Ernesto*, ac denique *Joanne-Friderico*, *Hieronymo Ernesto* ac *Rudolfo*, Filiis quondam Hieronymi ab *Hophgarten*. Aliique omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1624. *Christophorus-Ernestus*, *Sigismundus*, *Christophorus-Theodorus*, *Joannes Ernestus*, *Jodocus-Fridericus* & *Georgius-Melchior*, similiter *Petrus*, *Dietericus*, *Heidenricus*, *Wilhelmus*, *Magnus* & *Rudolfus* omnes Fratres & Agnati ab *Hophgarten*.

Anno 1679. *Theodoricus*, *Melchior*, *Henricus-Christophorus*, *Sigismundus-Hartmannus*, *Georgius-Ernestus*, *Ernest-Fridericus*, *Georgius-Christophorus*, & *Joannes-Ernestus* ab *Hophgarten*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1700. *Joannes-Christophorus*, *Ernestus-Christophorus*, *Ioannes-Ernestus*, *Fridericus-Adolfus*, *Sigismundus-Hartmannus*; tum & *Christophorus-Godefridus*, *Georgius-Fridericus*, *Ioannes-Ernestus*, *VVilhelmus-Ernestus*, *Georgius-Melchior*, *Adam-Hartmannus*, *Ioannes-Christophorus* & *Christoph-Daniel*, omnes ab *Hophgarten*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1715. *Ernestus Christophorus*, *Ioannes-Ernestus*, *Fridericus-Adolfus*, *Sigismundus-artmannus*, tum etiam *Christophorus-Godefridus*, *Georgius-Fridericus*, *Ioannes-Ernestus*, *VVilhelmus-Ernestus*, & *Georgius-Melchior*, omnes ab *Hophgarten*, respectivè Fratres & Agnati.

HORNS-

Hornsperg.

Henrico ab *Hornsperg* dantur in Feudum Anno 1300. Bona in Ebenavve &c. quæ quondam fuerant *Reinhardi* dicti *Sceyber.* Prob. 334.

II. *Folko* de *Hornsperg* accepit in Feudum Anno 1378. XII. Jugera pratorum in Berka.

III. *Joannes* de *Hornsperg* senior investitur Anno 1396. de Feudo suo in Heringen & Waltsassen. Prob. 335.

IV. *Clara-Anna-Helena* ab *Hornsberg* nupta N. de *Spiegel* & soror ejus *Clara-Anna-Sabina* ab *Hornsberg* investiuntur de deserto Nidlingen, Anno 1704. quod Feudum acquisiverant à Nobilibus de *Buseck* dicti *Munck*. Illarum Provasallus erat *Joannes-Philippus-Wilhelmus* à *Dalvvig.*

Hotzfelt.

Godefridum ab *Hotzfelt* investit Anno 1350. Reinhardus Abbas de Feudo paterno, duabus scilicet portionibus Decimæ in Selheim &c. eundemque confirmat in possessione Decimarum juxta Kinspach, in Hesele, & Rosseberg, quas *Fridericus* de *Bicken* quondam in Feudum tenuerat ab Ecclesia Fuld. Successerunt in hæc simul omnia. Prob. 336. Vid. Bicken.

Anno 13 . . *Wigandus* ab *Hotzfelt*, Godefridi supradicti Filius.
Anno 1436. *Wigandus* & *Godefridus* ab *Hotzfelt*, Wigandi præcedentis Filii.
Anno 1473. *Godefridus* ab *Hotzfelt.*
Anno 1479. *Joannes* & *Crafto* ab *Hotzfelt*, Fratres, in quorum gratiam Joannes Abbas tertiam partem Decimæ in Inferiori Hotzfelt, sibi ab iisdem oblatam, acceptavit in restaurum integræ Decimæ juxta Kinspach, quam ab onere vasallitico exemit, liberamque pronuntiavit Anno 1495. Prob. 337.

Hoyts.

Joannes Hoyts investitur Anno 1451. de medietate Castri Retzstat cum attinentiis, quod Feudum acquisiverat à *Sittico* de *Hartheim.* Successit in eodem Vid. Hartheim.

Anno 1468. *Eberhardus Hoyts* Commendator Ord. Teut. per Thuringiam,

Hundt.

Bernardus de *Hundt* Provasallus *Zeitlosæ* Conjugis suæ, natæ de *Riedesel*, investitur Anno 1561. de Feudo ejus dotali, parte scilicet Bonorum quorundam in Nordlingen.

Hune sive Haune.

Henricus & *Simon* ab *Hune*, de consensu reliquorum Fratrum suorum *Apelonis* & *Reinhardi* ab *Hune*, deque expressa licentia Abbatis Fuldens. alienant in favorem Malkosiorum Bona sua Feudalia, quæ possidebant in inferiori Bibra, Anno 1362.

II. *Gyso* de *Hune* accipit in Feudum Anno 1454. Prædium quoddam in Spala.

Prob. 338. III. *Apelo*, *Reinardus* ejus Filius, *Frovvinus* & *Joannes* ab *Hune* investituram obtinent Castri Hune cum Attinentiis Anno 1422. quod antiquum Ecclesiæ Fuldensis Feudum, omnes ex hac Nobili Gente legitimè procreati, mox ubi XV. ætatis annum attigerant, tenebantur sigillatim pro se ac Hæredibus suis per litteras sigillo suo firmatas agnoscere, illud ab Ecclesia Fuldensi sub debito Fidelitatis Sacramento suscipere, sesque in aperturam ejusdem Castri perpetuis temporibus, etiam adversus quoscumque adstringere firmiter, & obligare; nec quidquam inde alienare absque consensu & voluntate Abbatis Fuld.

Has conditiones exemplo Prædecessorum suorum postquam aliquanto tempore adimplevissent, ex Posteris *Gyso*, *Henricus*, *Georgius* & *Wilhelmus*, respectivè Fratres & Agnati ab *Hune*, nescio quo seditionis spiritu arrepti Anno 1449. portiones suas per insignem Feloniam Ludovico Hassiæ Landgravio transscripserunt, à quo & easdem denuo in Feudum masculinum receperunt: Quod Factum diutinæ Litis ac controversiæ occasionem præbuit, donec tandem Anno 1539. Joannes Abbas, Prob. 39. amicabili quidem compositione, ast onerosa satis cum Philippo Hassiæ Landgravio desuper inita, Ecclesiæ suæ Fuldensi pristinum Jus in Castrum Hune ex integro recuperavit.

Interea qui ex hac Gente Fideles remanserant, *Henricus*, *Georgius*, *Wilhelmus* senior, *Wilhelmus* junior, *Joannes* & *Philippus*, omnes dicti ab *Hune*, non solum Feudi sui renovationem obtinuerunt sub Forma præscripta, sed velut insigni quodam Beneficio affecti, recognoscunt Anno 1477. sibi ab Abbate Fuldensi con-Prob. 339. cessum, ut non amplius singuli, sed per simultaneam investituram omnes imposterum in eodem Feudo, Castro scilicet & oppido Hune, succederent, designato ad hoc dumtaxat inter se seniore, qui tam suo quam aliorum nomine idem susciperet, Fidelitatis autem Juramentum, quisque suum præstaret, ut anteà.

Nova deinde circa eandem Gentem vigilantiâ & attentione opus fuit, quando mutuis dissensionibus agitata, de pace Castrensi servanda minus cœpit esse sollicita, quapropter Anno 1496. Joannes Abbas eandem redintegrari, & ab omnibus Prob. 340. & 341. imposterum sedulo observari voluit: hinc *Joannes*, *Georgius*, *Wilhelmus*, *Philippus*, & *Gyso* ab *Hune* inter se denuò compositi, Feudum suum, hoc successionis ordine ad Posteros transmisere. Nimirum

Anno 1502. *Georgius* ab *Hune* post obitum Joannis, Investituræ renovationem, tam pro se quam pro reliquis Gentis suæ, cujus erat senior, obtinuit.

Anno 1542. *Fridericus* ab *Hune* itidem Familiæ senior, pro se & reliquis; sic

Anno 1548. *Andreas* ab *Hune*.

Anno 1562. *Georgius* ab *Hune*.

Anno 1584. *VVilhelmus Rudolfus* ab *Hune*.

Anno 1608. *Ludovicus* ab *Hune*; hic sui stemmatis ultimus, postquam Anno 1628. obiisset absque prole mascula, citatæ sunt ejus relictæ Filiæ à Joanne-Bernardo Abbate Fuldensi ad videndum Feudum declarari apertum, idque tanto majori cum Fundamento, quod postquam Nobiles illi ab Hune Castrum suum Hune, Anno 1449. Hassiæ Landgravio obtulissent in Feudum masculinum (prout fuerat) Prob. 39. hic illud eodem prorsus Jure postmodum Ecclesiæ Fuldensi retrocesserat vigore mutui contractus desuper initi Anno 1539. unde etiam, post aliquot Juris conflictus, res in favorem prædictæ Ecclesiæ ex integro terminata fuit.

HUNOLDS-

Hunoldshausen.

Henricum ab *Hunoldshausen* acquirit Anno 1362. Henricus Abbas in Castrensem suum Hæreditarium Castri Wildeck, eidemque donat in Feudum LXXX. libras Hallenses, pro qua summa obtulit ipse vice versa Prædium proprietatis suæ juxta Aldendorp, in Feudum, in quo successerunt

Fridericus & *Waltherus* de *Hunoldshausen*, in quorum etiam favorem *Henricus Eselcop* de consensu expresso Abbatis Fuld. Feudum suum in superiori-Massenheim refutavit Anno 1363.

Utrumque Feudum deinde tenuit *Hartradus* de *Hunoldshausen*, cui Anno 1431. concessum est, ut pro Castrensi suo Prædio Feudali juxta Aldendorp, aliud de proprietatibus suis in Frymar assignaret, eodem titulo deinceps tenendum ac possidendum.

Huser in *Hoemberg*.

Burchardus Huser Anno 1422. investitur de Feudo Paterno, II. scilicet Hubis in Berstad. Eidem succedit

Anno 1450. *Burchardus Huser*, à quo prædictum Feudum transiit in Familiam *Waldenstein*. Vid. Waldenstein.

Hutten in *Stoltzenberg*.

Hermannum ab *Hutten*, & *Wortwinum* ejus Filium acquirit Anno 1322. Prob. 345. Henricus Abbas in Castrenses suos Hæreditarios, ita ut alter eorum in Castro Stoltzenberg continuè Residentiam faceret personalem, oppignorans eisdem Satrapiam in Herolds, tenendam, usque dum ipsis de summa LX. librarum Hallens. esset satisfactum, quam proinde in VI. lib. Hallens. annui Redditus convertere tenerentur titulo Castrensis Feudi deinceps possidendam; succedunt in hoc Feudo bonis aliis ac prædiis identidem meliorato Prob. 346.

Circa Annum 1340. *Ioannes* ab *Hutten*, cui insuper indulsit Henricus Abbas Anno 1342. facultatem Conjugi suæ *Gelæ* Dotalitium XC. libr. Hallens. constituendi super Fundis suis Feudalibus, in Stolzinberg.

Anno 1358. *Conradus* ab *Hutten* Mareschalcus Fuldensis, simultaneè cum Fratre suo *Frowino*. His insuper Anno 1362. donati sunt in meliorationem alio- Prob. 347. rum suorum Feudorum, Fructus & Redditus annui percipiendi de Castro & Jurisdictione Werberg, usque dum illis pretium sex mille librarum Hallens. quo illud comparaverant, fuisset ab Ecclesia Fuldensi refusum.

Anno 1391. *Frowinus* ab *Hutten* supradicti Frowini quondam Filius.

Anno 1460. *Fridericus* & *Georgius* ab *Hutten* Fratres: Hi acquirunt insuper, Curtes V. in Wolmarts &c. quod ultimum Feudum, postquam diutius perdurasset Vid. Degenfelt. in hac sua Gente Nobili, transiit tandem Anno 1701. ad illam de *Degenfelt*.

Anno 1541. *Lucas* ab *Hutten* simultaneè cum Fratre suo *Rabano*, & ex altero Fratre *Ludovico* prædefuncto, relictis Nepotibus: Obtigerat interea Anno 1632. Lucæ ab Hutten prædicto, suisque Hæredibus, Feudum aliud Castrense in Salmunster, post obitum *Georgii* de *Sluchter*, in quod similirer successerunt posteri hoc ordine:

Anno 1560. *Valentinus* ab *Hutten*, *Theodorus* & *Ludovicus* Fratres.

Anno 1569. *Ludovicus* ab *Hutten* & *Ioannes* ejus ex Valentino Fratre defuncto relictus Nepos.

Anno 1617. *Ioannes-Hartmudus*, *Daniel*, & *Fridericus* ab *Hutten* poſt obitum Patris ſui Joannis ab Hutten ſupradicti.

Anno 1637. *Ioannes-Hartmudus* ab *Hutten*, *Fridericus* ab *Hutten* junior, Danielis quondam Filius, & *Ioannes* ab *Hutten*, Friderici ſenioris quondam Filius.

Ex his Fridericus junior, obiens Anno 1647. absque Liberis, ſingulare quoddam Feudum Nider-Kalbach (quod ex linea materna, cujus is erat ultimus deſcendens, traxerat,) reliquit Eccleſiæ Fuldenſi apertum, fruſtra reclamante Joanne-Hartmudo, cui, quod in hoc Feudo totus eſſet extraneus, nihil prorſus Juris competere poterat; ſalva ſibi ſucceſſione in aliis Feudis, quæ originem ſuam ex Huttenorum ſtemmate deducunt, in quibus continuarunt hac ſerie

Anno 1653. *Ioannes-Fridericus*, *Georgius Ludovicus*, *Philippus Ericus*, *VVilhelmus-Erardus* ab *Hutten*, Joannis-Hartmudi quondam, relicti Filii, ſimultaneè cum *Ioanne*, Friderici ſenioris quondam Filio, illorum Agnato.

Anno 1674. *Georgius-Ludovicus*, *Ioannes*, *VVilhelmus-Erardus*, *Ioannes-Henricus*, & *Ioannes-Philippus*; omnes reſpectivè Fratres & Agnati ab *Hutten*.

Anno 1693. *Ioannes-Henricus*, *Ioannes-Philippus* & *Ioannes-Reinhardus* ab *Hutten*, tum & *Anna-Maria* Relicta ab *Hutten*; Tutorio nomine pro Filiis ſuis minorennibus *Franciſco-Ludovico*, *Chriſtophoro-Franciſco*, *Petro-Philippo*, & *Conrado VVilhelmo* ab *Hutten*. Ac denique etiam *Chriſtianus* ab *Oyenhauſen*, Tutorio nomine pro *Carolo Chriſtiano* ab *Hutten*, Georgii-Ludovici quondam Filio minorenni.

Anno 1715. *Ioannes-Philippus*, *Ioannes-Reinardus*, *Franciſcus-Ludovicus*, *Chriſtophorus-Franciſcus*, *Petrus-Philippus*, & *Ioannes-Antonius VVilhelmus*, omnes reſpectivè Fratres & Agnati ab *Hutten*.

Hutten in *Soden*.

Ludovicus, *Ioannes*, & *Conradus* ab *Hutten* Fratres, inveſtiuntur Anno 1440. de Feudo Caſtrenſi in Soden: iis inſuper ſimultaneè cum *Bernardo* à *Svvalbach*, & *Georgio* à *Slacter* eorumque Hæredibus confert Anno 1447. Hermannus Abbas in Feudum, Fontem Salinæ in Soden, ſub Caſtro Stolzenberg ſitum; ſuccedunt poſtmodum in his Feudis.

Prob. 348.

Anno 1452. *Laurentius* ab *Hutten*.

Prob. 570.

Anno 1498. *Vlricus* & *Ludovicus* ab *Hutten*. Ex his Ulricus inter Aulæ Proceres adſcitus fuerat ab Abbate Fuldenſi jam Anno 1494.

Hutten in *Stecklenberg* & *Grunavv*.

Vid. Gelnhauſen.

Alexander ab *Hutten* in *Stecklenberg* &c. Provaſallus uxoris ſuæ N. *Caſparis* à *Gelnhauſen* quondam Filiæ, inveſtitur de portione Feudi ejus dotalis, Keminatæ ſcilicet in Dipperts &c. Anno 1556. Succedunt.

Prob. 605.

Anno 1571. *Florianus* ab *Hutten* poſt obitum matris ſuæ, qui & aliud Caſtrenſe Feodum in Soden Anno 1606. obtinuit, id quod renovant hoc ordine

Anno 1624. *Florianus* ab *Hutten* ſimultaneè cum *Ioanne Godefrido*, *Sebaſtiano*-


no - Christophoro & *Philippo-Daniele* ab *Hutten* quondam *Cyriaci-Itelii* ab *Hutten*, relictis Liberis, ex his solus aliquando superstes Philippus Daniel Anno 1672. Feudum suum transmittit obiens in Filium suum *Ioannem Hartmudum* ab *Hutten* Anno 1688.

Hutten in *Trimperg.*

Hartmodum & *Fridericum* ab *Hutten* in *Trimperg*, acquirit Anno 1384. Fridericus Abbas in Castrenses suos Hæreditarios Castri sui Saleck, eisdemque donat pro Castrensi Feudo, ædes ibidem in eodem Castro sitas &c. Successit postmodum in hoc Feudo

Anno 1420. *Conradus* ab *Hutten*, Friderici quondam Filius.

I.



Jaza.

Henricus Abbas donat Anno 1336. *Gerlaco* & *Reinhardo* de *Iaza* Fratribus, Prob. 349. summam centum librarum Hallensium, quam de a[illegible]su matris suæ *Luckardis* viduæ convertunt in annuos Redditus X. hujusmodi librarum Hallens. titulo Castrensis Feudi in Salmunster, imposterum à prædicto Abbate & sua Ecclesia Fuldensi tenendos & possidendos de XII. Jugeribus Vinearum proprietatis suæ in Kelberone.

Ingelenheim.

Petro ab *Ingelenheim* confert Conradus Abbas Anno 1378. in Feudum masculinum Castellum in Someravve, quod per silentium amissum, in potestatem Ecclesiæ Fuldensis reciderat. Prob. 350.

II. *Maria-Ottilia* ab *Ingelenheim* vidua, nata *Echter* à *Mespelbrunn*, simultaneè cum Filio suo *Adolfo-Francisco-Theodoro* ab *Ingelheim* per Provasallum suum *Marsilium-Godefridum* ab *Ingelenheim* Canon. Capitularem Mogunt. & Herbipolensem, investituram obtinet Feudi sui, Curtis nimirum in Breitensee &c. Anno 1665.

Iringshausen.

Meus ab *Iringshausen* accipit ab Henrico Abbate Anno 1365. Feudum Castrense deserviendum in Salmunster, nempe Ædes & Curtem cum attinentiis ibidem sitas, quod Feudum per obitum *Conradi Cressenbecher*, dicto Abbati & Ecclesiæ suæ Fuldensi fuerat apertum. Prob. 351.

Irmtraut.

Prob. 352. *Conradus* ab *Irmtraut* investituram obtinet Feudi sui in Luther Anno 1473. sub onere assueto ac præscripto.

K.



Karlspach.

Prob. 353. Henricus Abbas, oppignorat Anno 1334. *Hermanno* & *Theodoro* de *Karlspach* Fratribus Feudum Castrense in Salza, pro nonaginta libris Hallens. sic ut postquam hæc summa ipsis ab Ecclesia Fuldensi refusa esset, quinquaginta libras de eadem pecunia converterent in certos redditus titulo Castrensis Feudi in Salmunster imposterum possidendos.

II. *Wolfgangus* de *Karlspach* investitur Anno 1615. de Keminata in Eschenbach &c. quod Feudum ipsi provenit ex Familia de *Thungen*. Vid. Wolff deKarlspach.

Katzmann de *Engellis*.

Wilhelmo Katzmann de *Engellis*, per XXXII. annos de Ecclesia Fuldensi optime merito, donat Balthasar Abbas in Feudum gratiosum Anno 1601. silvam & agros, jacentes in monte dicto Erthalerberg.

Kere in *Rosrit*.

Prob. 354. *Joannem* de *Kere* in *Rosrit* acquirit Anno 1344. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium Castri sui Lichtenberg, exsoluta eidem summa centum librarum Hallens. pro qua dictus Joannes de Kere assignavit super duabus Hubis in Beringen, de consensu *Katharinæ* Conjugis suæ, VIII. lib. Hallens. annui Redditus imposterum titulo Castrensis Feudi ab Ecclesia Fuldensi tenendos & possidendos. Succedunt postmodum in hoc Feudo : *Stepha-*

Stephanus de *Kere*, qui de consensu Abbatis Fuld. Feudum suum super duabus Hubis in Beringen, reassignavit super totidem Hubis in Herpff.

Anno 1425. *Ioannes* de *Kere*, Stephani quondam Filius.

Anno 1440. *Kilianus* de *Kere*, sub quo Feudum una Huba melioratum fuit.

Anno 1465. *Georgius* de *Kere*, qui etiam Anno 1472. Provasallus Conjugis suæ *Margaretæ*, natæ de *Tann*, investitur de Feudo ejus dotali.

Anno 1506. *Andreas* de *Kere*, *Philippi* de *Kere* quondam Filius.

II. *Eberhardo* de *Kere* confert Hermannus administrator Fuldensis in Feudum Prob. 355. masculinum Anno 1422. Feudum dictum Nevvenstetchins.

III. *Kilianus* de *Kere* investituram obtinet IV. Prædiorum & Molendini &c. in Herph, quod Feudum alienat postmodum Anno 1482. in favorem *Philippi* à *Diemar*, de consensu expresso Abbatis Fuld.

KERKAST.

Gerardum Kerkast armigerum acquirit Anno 1325. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium in Bruckenavv, eidemque assignat pro Castrensi Feudo Curtim ibidem, & prædium quoddam in Lichterspach. Succedunt

Anno 1350. *Gerhardus* & *Conradus Kerkast*, Fratres.

KETHEN.

Ortolfo de *Kethen* assignantur Anno 1351. pro Castrensi Feudo deserviendo Prob. 356. in Saleck XL. libræ Hallens. su per precaria in Hamelburg.

II. *Henricus* & *Eckardus* de *Kethen*, Fratres accipiunt Anno 1379. in Feudum Castrense deserviendum in Geysa, Keminatam ibidem, ac insuper IX. Hubas cum totidem Curtibus & earum appenditiis. Succedit in hoc Feudo

Anno 1396. *Eckardus* de *Kethen* qui illud transmisit Anno 1422. per obitum in Filium suum *Joannem*, in cujus favorem *Otto* de *Eilsershausen* refutat etiam Anno 1428. Feudum suum Castrense in Werdavv.

KETTIG.

Joannes de *Kettig* post obitum matris suæ *Sophiæ*, Filiæ quondam *Ioannis-Casparis* de *Buches*, succedit Anno 1624. in Feudum ejus dotale: nimirum decimam in Rodenhain propè Nidda.

KENDEL.

Ioachim Kendel accipit in Feudum Anno 1530. Prædium quoddam in Borsla & Rivum piscosum ibidem. Cui succedunt

Anno 1603. *Valentinus-Melchior Kendel.*

Anno 1610. *Ioannes* & *Reinhardus Kendel.*

Anno 1648. *Hartmannus Kendel*, Provasallus uxoris suæ *Beatæ-Felicitatis*, Filiæ quondam Reinhardi Kendel, simultaneè cum *Melchiore-Wilhelmo Kendel*, Joannis quondam Filio.

KIRCHEIM.

KIRCHEIM.

Prob. 357. *Eberhardus* de *Kircheim* investitur de Feudo Paterno, scilicet Molendino aliisque Bonis sitis in Tinningen Anno 1310. quod Molendinum ipse postmodum, commutatione facta, rogavit appropriari Cœnobio Sanctimonialium in Cymbern Anno 1313.

KOETH de *Manscheid*.

Ioannes-Fridericus Koeth de *Manscheid*, acquirit Anno 1656. Feudum in Obern-Dornheim, quod fuerat *Sophiæ Kesseler*, natæ de *Stocheim*, deque eodem investitur.

KOETGER in *Diepenbrock*.

Vid. Bittelde. *Conradus Koetger* à *Diepenbrock* ex pacto & vigore contractus, initi cum *Sabina* nata à *Bittelde* Conjuge sua, simultaneè investiuntur de Feudo, quod hæc ipsi attulerat in dotem, Villa scilicet Wildershausen cum attinentiis &c. Anno 1660. Succedunt in hoc Feudo promiscuè

Anno 1678. *Hermannus Koettger* à *Diepenbrock* simultaneè una cum *Wilhelmo-Henrico* & *Iulio-Philippo* Fratribus suis, & *Iuliana-Elisabetha* sorore.

Anno 1702. *Hermannus* & *Iulius-Philippus Koettger* Fratres, cum *Iuliana-Elisabetha* sorore sua.

Anno 1715. *Hermannus Koettger* & ex defuncto Fratre suo Julio-Philippo relicti Liberi, *Iulius Henricus*, *Gustavus-Wilhelmus*, *Rudolfus Augustus*, *Anna-Sabina*, *Wilhelmina-Lucia*, *Elisabetha-Iuliana*, & *Augusta-Sophia*.

KOETSCHAU.

Vid. Sporck. *Ioannes-Rudolfus* de *Koetschau* investitur Anno 1650. de Castro Buttlar cum attinentiis, &c. quod Feudum de consensu Abbatis Fuld. acquisiverat à *Ioanne* de *Sporck*. Succedunt in eodem

Anno 1669. *Ioannes-Georgius* de *Koetschau* ejus Filius.

Anno 1698. *Ioannes-Philippus* de *Koetschau*, & minorennes ejus Fratres *Ioannes Rudolfus* & *Ioannes-Fridericus-Antonius* de *Koetschau*. Ex his Investituræ renovationem pro se, & Hæredibus suis obtinet Joannes-Philippus Anno 1712. ac dein Feudum integrum transfert Anno 1716. titulo venditionis in *Ioannem-Antonium* de *Buttlar*. Vid. Buttlar.

KOLLER de *Averstadt*.

Otto Koller simultaneè cum *Christophoro* ejus Filio, ac *Friderico Koller* de *Averstadt*, accipiunt in Feudum masculinum Curtem in Baldestet. Anno 1486.

KOLMATSCH sive COLMATSCH.

Friderico de *Kolmatsch* obligat Anno 1339. Henricus Abbas solitudinem dictam Rodechin, cum aliis quibusdam Bonis in Richolfstorff &c. pro centum septuaginta libris Hallens. hac lege, ut postquam hanc summam perceperit, ipse ex eadem centum

centum hujusmodi libras convertat in certos redditus titulo Castrensis Feudi in Gerstungen imposterum possidendos & tenendos ab Ecclesia Fuldensi. Succedunt in hoc Feudo diversis prædiis meliorato

Burchardus & *Conradus* de *Kolmatsch* Fratres qui investiuntur Anno 1431. de Feudo paterno, Villis scilicet Reichelsdorff & Wildersdorff, II. Hominibus in Dangmarshausen & totidem in inferiori Sula, una cum Feudo Castrensi in Gerstungen.

Anno 1452. *Conradus* de *Kolmatsch.*

Anno 1463. *Hermannus* de *Kolmatsch.*

Anno 1475. *Henricus* de *Kolmatsch*, ac demum *Georgius* de *Kolmatsch*, quem Joannes Abbas Fuld., vigore amicabilis compositionis initæ Anno 1539. in perpetuum alienavit, ac unà cum Feudis suis, cessit Philippo Hassiæ Landgravio. Prob. 39.

KORNRE.

Fridericus de *Kornre* Feudum suum, quod hactenus ab Ecclesia Fuldensi tenuerat, nempe Decimationem in Campis Ammera, alienat Anno 1344. de consensu Abbatis Fuld. in favorem oppidi Mulhausen. Prob. 360. & 147.

KRAM.

Bertoldus de *Kram*, Provasallus uxoris suæ *Annæ-Helenæ*, natæ *Slitz* de *Goertz* investitur de Feudo ejus dotali scilicet super Slitz Castro & Oppido, aliisque Bonis in Wegefurt &c. constituto Anno 1664.

KRANCH.

Henrico Kranch Militi, assignantur Anno 1330. pro Castrensi Feudo deserviendo in Tafta, aut etiam, si opus fuerit, in Fursteneck, Redditus non solum Castrensis Feudi, quod quondam fuerat *Ioannis* de *Ottensassen*, sed & insuper quinquaginta libræ Hallens. Prob. 361.

KRENGEL in *Lasshausen*.

Henricus & *Engelbertus Krengel*, in *Lasshausen* investituram obtinent Feudi Paterni, ac Castrensis Anno 1473. Prob. 362.

KRUG.

Georgius Krug simultaneè cum *Rudolfo* Fratre investitur Anno 1515. de Feudo Paterno, scilicet IX. Hubis & IIII. Vineis in Vergula; & in casum quo absque Liberis eos decedere contingeret; concedit Abbas Fuld. *Wolmaro* de *Creutzburg* eorum proximiori Agnato expectativam in eodem Feudo.

KUCHEMEISTER.

Apelonem Kuchemeister acquirit Anno 1345. Henricus Abbas in Castrensem hæreditarium Castri Werberg, assignatis eidem centum libris Hallens. super Curte & Area ibidem. Prob. 363.

II. *Theodorus Kuchemeister*, quondam Friderici Filius, succedit Anno 1421. per investituram in Feudo paterno, Castrensi scilicet in Bruckenavv &c. ac dein

Anno 1429. *Theodorus* ejusdem Theodori Kuchemeister supradicti Filius.

Anno 1468. *Henricus* Kuchemeister.

III. *Nicolaus Kuchemeister* investitur de Feudo Castrensi in Salmunster, quod ei Anno 1437. ex obitu *Joannis Kuchemeister* Agnati sui, ipsi obtigerat: succedunt in eodem per investituram

Anno 1486. *Bonifacius Kuchemeister*.

Anno 1500. *Henricus Kuchemeister*.

IV. *Ioannes Kuchemeister*, major Decanus Ecclesiæ Fuldensis, simultaneè una cum sorore sua *Anna*, nupta *Euchario* de *Liderbach* Investituram accipit Curtis cujusdam in Majori Tafta, quod Feudum ex obitu *Wilhelmi* & *Conradi* de *Romrodt* Ecclesiæ Fuldensi fuerat apertum Anno 1456.

Kuchemeister in *Westerbach*.


Conradus & *Gerlacus Kuchemeister* in *Westerbach* accipiunt simultaneè in Feudum Bona in Neuhof, Buchenberg, Engelsburg &c. Anno 1396. Succedunt postmodum in iisdem

Anno 1440. *Apelo* & *Henricus Kuchemeister*, Fratres.

Anno 1473. *Henricus Kuchemeister*.

Anno 1498. *Henricus Kuchemeister*.

L.



Lampen.

Conradus de *Lampen*, Provasallus uxoris suæ *Evæ Mariæ*, natæ de *Tungen*, investitur Anno 1643. de Feudo ejus dotali, portione scilicet Sodenberg, cum attinentiis, &c.

LAM-

Lamprecht.

Conradus Abbas acquirit Anno 1375. *Gozonem Lamprecht* in Castrensem Castri Saleck, ac simultaneè cum ipso *Ulricum* ab *Aylfingen*, suum in hoc Feudo futurum successorem. Prob. 364.

Landecke.

Simon de *Landeck* accipit in Feudum Gratiæ ad Vitam suam Prædium, situm in superiori Wisseburn Anno 1360. quo mortuo, idem prædium confert Conradus Abbas ut apertum *Wackirmanno* de *Landeck* in Feudum masculinum Anno 1383. Prob. 365.

Langendorff sive Langsdorff.

Ioannes de *Langendorff* investitur Anno 1450. de Feudo Castrensi, duabus scilicet Hubis in Berstad. Succedunt in eodem

Anno 1483. *Ioannes* de *Langsdorff*.

Anno 1490. *Ioannes* de *Langsdorff*, qui Feudum suum per obitum transmisit Anno 1515. in quatuor Filios suos: *Casparum*, *Melchiorem*, *Balthasarum*, & *Ioannem* de *Langsdorff*.

Langenswarz.

Anna-Sabina Schallart, quondam *Ioannis-Ludovici* de *Langensvvarts*, relicta vidua, per Provasallum suum *Franciscum-Casparum* à *Bocholtz* investituram obtinet Anno 1688. Domicilii sui in Svvartza, vulgò Langensvvartz cum attinentiis, de quo Feudo una cum dicto marito suo Joanne-Ludovico Anno 1677. primum investita fuerat, ac dein iterum Anno 1714. simultaneè cum Liberis suis *Ioanne-Antonio*, *Casparo Theodorico* & *Maria-Philippina*, nupta *Burchardo-Hartmanno* de *Berlepsch* in *Thomesbruck*: post obitum autem matris Anno 1715. renovat hoc Feudum Filius ejus Joannes-Antonius, unicus hæres masculus, postquam Frater ejus Casparus-Theodoricus ipsi, vivente matre, partem suam refutaverat.

Langlen.

Ioannes Eberhardus de *Langlen* simultaneè cum duabus Sororibus suis *Iulia-na-Catharina* & *Christina Maria*, quondam *Friderici-Meinhardi* de *Langlen* relicti minorennes Liberi sub Tutela *Ioannis-Hartmudi* de *Langlen*, investiuntur Anno 1671. de portione Curtis Liberæ ac Dominicalis in Echzell &c. quod Feudum illis ab *Eberhardo Levv* de *Steinfort* obtigerat. Transiitque ad Familiam de *Nordeck* Anno 1685. Vid. Levv & Nordeck.

Lauberbach.

Hartmannum seniorem, & *Hartmannum* juniorem de *Lauberbach* acquisivit Anno 1378. Conradus Abbas in Castrenses suos Hæreditarios Castri sui Herberstein, assignatis Prob. 366.

assignatis eisdem pro Feudo X. Flor. annui Redditus super medietate Castri, Satrapiæ, & Jurisdictionis Herberstein.

Succedunt in hoc Feudo *Henricus* & *Eccardus* de *Lauberbach* Fratres, Anno 1403.

Prob. 367. II. *Conrado* de *Lauberbach* Præposito in Holtzkirchen, & *Eccardo* Patri ejus, donat Reinhardus Abbas in Feudum Anno 1454. ad dies vitæ tantum, Prædium Lutharts cum attinentiis, ita ut post amborum obitum ad Ecclesiam Fuldensem revertatur.

III. *Ioannes* & *Hartmannus* de *Lauberbach* accipiunt in Feudum tertiam partem Villæ Mundfors, & Decimam in Liederbach Anno 1453. Succedit *Henricus* de *Lauberbach* Anno 1479.

LAUTTER aliàs LUTTER.

Henricus de *Lutter* quondam *Apelonis* Filius, simultaneè cum *Henrico* de *Lutter* Agnato suo, investitur de Prædiis ac possessionibus quibusdam juxta Castrum Neuhoff, Anno 1443. in quod Feudum succedunt

Anno 1475. *Henricus* de *Lautter*, unà cum *Theodorico*, Henrici quondam Filio.

Anno 1482. *Theodoricus*, *Conradus*, *Wilhelmus* & *Gavvinus*. omnes respectivè Fratres & Agnati de *Lautter*.

Anno 1523 *Sebastianus* de *Lautter*.

Anno 1551. *Georgius* & *Maximilianus* de *Lautter*, Fratres, simultaneè cum Agnatis suis *Philippo*, *Gisilberto*, *Antonio*. *Ioanne*, *Engilberto*, & *Theodoro* de *Lautter*, Fratribus.

Anno 1566. *Gisilbertus* Gentis suæ senior, una cum *Ioanne* de *Lautter* Fratre, tum & *Davide* ac *Philippo* de *Lautter* Agnatis suis.

Anno 1597. *Melchior-Nitardus*, *Engelhartus*, *Ioannes-Engelhardus*. *Ioannes Wilhelmus*, *Engelbertus* junior, *Samuel*, *Philippus-David*, *Melchior-Nitardus*, & *Wolffgangus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Lautter*.

Anno 1616. *Melchior-Nitardus* de *Lautter*, idem qui supra, cum reliquis ibidem, excepto Joanne-Engelhardo, in cujus defuncti locum succedunt ejus relicti Liberi *Godefridus*, *Fridericus-Ludovicus*, & *Lucas* de *Lautter*, Fratres.

Anno 1650. *Ioannes* de *Lautter*, Gentis suæ senior, simultaneè cum *Ioanne-Ernesto* de *Lautter*, quondam *Lucæ* Filio, & *Samuele-Eberhardo*, quondam *Philippi-Davidis* de *Lautter* Filio, Agnatis suis.

II. *Philippus-Albertus* de *Lautter* investituram obtinet Villæ Morsavv cum attinentiis, quod Feudum acquisiverat Anno 1652. à *Nitardo* de *Zungen* & *Eva-Maria*, nata de *Zungen*, Conjuge *Wilhelmi Voyt* de *Salzburg*.

LEHRBACH sive LERBACH.

Melchior de *Lehrbach*, Provasallus Uxoris suæ N. de *Lautter* & Sororum ejusdem, *Philippinæ* scilicet, *Estheris* & *Annæ-Amaliæ* investitur de parte Feudi juxta Neuhoff Anno 1622.

II. *Melchior-Albertus* de *Lehrbach* accipit in Feudum Anno 1698. Molendinum juxta Rotterchshausen &c.

Succe-

Succedunt Anno 1720. *Reinhardus-Henricus*, *Conradus-Christophorus*, *Carolus-Wilhelmus* & *Christophorus-Reinardus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Lehrbach*.

LEIBOLTS sive LEUBOLDS.

Andreas à *Leibolts* investitur Anno 1440. de Curte in Diedorf, & Decima in Nithartshausen; quod Feudum transmittit Anno 1451. in *Conradum* à *Leibolds*.

LEYMBACH.

Wernherum & *Ludovicum* de *Leymbach* Fratres acquirit Henricus Abbas in Castrenses suos Hæreditarios in Gerstungen, assignatis eisdem pro Castrensi Feudo IX. libr. Hallens. annui Redditus super precaria oppidi Vache; Anno 1332. Prob. 368.

II. Similiter idem Henricus Abbas, acquirit Anno 1342. *Ludovicum* de *Leimbach* in Castrensem suum Hæreditarium in Vache, eidemque constituit pro Castrensi Feudo V. libras Hallens. annui Redditus super Precaria sua ibidem.

III. *Joannes* & *Georgius* de *Leimbach* accipiunt in Feudum Anno 1440. Curtem in Bremen, quæ iis obtigerat ex obitu *Andreæ* de *Leimbach* Agnati sui.

LEVVE in *Steinfort*.

Siboldus Levve de *Steinfort*, investitur Anno 1380. de Hubis XV. in Svvalheim, ex quo Feudo masculino alienat Anno 1388. de consensu Abbatis Fuld. Hubas XII. reliquas tres transmittit in posteros, è quibus occurrunt

Anno 1474. *Siboldus Levve* de *Steinfort* junior.

Anno 1491. *Ludovicus* & *Philippus Levve* de *Steinfort*, Fratres.

II. *Evvervvinus Levve* de *Steinfort* accipit Anno 1396. in Feudum Castrense in Bingenheim deserviendum, X. Hubas ibidem &c. Succedunt in eodem

Anno 1425. *Eylbertus Levve* ejus Filius.

Anno 1453. *Wilhelmus Levve* de *Steinfort*, præcedentis Filius.

III. *Eberhardus Levve* de *Steinfort* investituram obtinet Anno 1396. Curtis & VII. Hubarum in Echzelle, in quo Feudo successisse reperiuntur

Anno 1440. *Henricus Levve* de *Steinfort*.

Anno 1478. *Philippus Levve* de *Steinfort*, Eberhardi quondam Filius.

Anno 1515. *Georgius Levve* de *Steinfort*.

Anno 1521. *Eberhardus Levve* de *Steinfort*, Georgii præcedentis Filius.

Anno 1551. *Conradus* & *Ægidius Levve* de *Steinfort*, Fratres: Ex his Conradus portionem prædefuncti Fratris sui Ægidii acquirit Anno 1556. à relicta sua Filia; sicque Feudum integrum transmittit in Filios suos *Georgium* & *Joannem Levve* de *Steinfort* Anno 1562.

Anno 1582. *Georgius Levve* de *Steinfort* solus superstes, cui post obitum successit *Eberhardus-Laurentius* ejus Filius, tam in Feudo prædicto, quam in alio in Berstat, quod ab *Antonio* de *Walbrunn* fuerat acquisitum. Anno 1598. hoc ultimum Feudum transit ad Nobiles à Dalberg.

Lewenstein dictus *Svvinsberg.*

Prob. 370. *Wernherum* de *Levvenstein* acquirit Anno 1311. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium in Husen, assignatis eidem pro Castrensi Feudo X. libr. Hallens. annis singulis ab Officiato Fuldensi in Luttebach recipiendis, donec illi de summa centum marcarum denar. Coloniens. satisfactum fuerit.

Liebsberg.

Prob. 466. *Waltherus* de *Liebsberg* Investituram obtinet Anno 1311. Bonorum Feudalium in Treisbach & Hartershausen, quæ quondam fuerat *Waltheri* de *Slitz.*

Lichtenberg.

Joannes de *Lichtenberg* Castrensis in Biberstein, alienat Anno 1311. sub beneplacito Henrici Abbatis duas Hubas in Villa Mosbach, quas hactenus habuerat in Feudum. Vid. Fulbach.

Liderbach.

Wernherus de *Liderbach,* Provasallus Conjugis suæ *Catharinæ,* investitur Anno 1456. de Curte in Neukirchen &c. quod Feudum fuerat Affinium suorum *Wilhelmi* & *Conradi* de *Romrodt*; quorum Feudum aliud, masculinum, nimirum in majori-Tafsta, ut Ecclesiæ Fuldensi apertum, contulit eodem Anno Reinhardus Abbas *Joanni Kuchemeister*, majori Decano Fuld. & *Annæ* ejusdem Sorori, per simultaneam investituram, ad dies vitæ. Vid. Kuchemeister.

II. *Hermannus* de *Liderbach,* Provasallus Filiæ suæ *Dorotheæ*, investitur Anno 1528 de Feudo, quod fuerat dotale Conjugis suæ *Annæ* defunctæ, Filiæ quondam *Simonis* de *Tann.*

Limbert.

Paulina Relicta quondam *Henrici* de *Limbert*, & Filius ejus *Henricus* liberè resignant in manus Berthoi Abbatis Anno 1280. mansum unum situm in Hune, qui ab Ecclesia Fuldensi descendebat in Feudum, quem idem Abbas contulit Ecclesiæ in Hunefelt.

Limpurg.

Prob. 372. & 373. *Joannes* Dynasta de *Limpurg* tenuit ac possedit ab Ecclesia Fuldensi in Feudum, Castrum & Oppidum Staden cum attinentiis, id quod testatur ipsemet per Litteras suas datas Anno 1308. Successerunt in hoc Feudo.

Anno 1314. *Joannes* Dynasta de *Limpurg.*

Anno 1348. *Joannes* Dynasta de *Limpurg.*

Anno 1380. *Joannes* Dynasta de *Limpurg.* Huic indulsit

Prob. 375. Vid. Staden & Prob. 155. Anno 1405. Joannes Abbas, facultatem Feudum suum alienandi, sic tamen ut Personæ suæ obligatio remaneret, nec dissolveretur nexus Vasalliticus.

LYN-

LYNDEN.

Ioannes de *Lynden* accepit in Feudum Castrense deserviendum in Bingenheim II. Hubas sitas in Berstad & IV. Marcas denariorum Anno 1397. Prob. 376. & 377.

II. *Wernherus* de *Lynden* investitur Anno 1398. de Feudo suo in Bingenheim & Steinrestat.

LYNSINGEN.

Joannes & *Henricus* de *Lynsingen*, investituram obtinent Anno 1428. Bonorum quorundam Feudalium in Nidernsula, & Dangmarshausen; Succedunt in his Anno 1453. *Fridericus* de *Lynsingen* ac post eum *Georgius* & *Dietericus* de *Lynsingen*, à quibus hæc Feuda transeunt ad Nobiles de Trott. Vid. Trott.

II. *Ludovico*, *Bertoldo* & *Ioanni* de *Lynsingen* dantur in Feudum Anno 1445. omnia, quæcumque *Sitticus* de *Buchenavv*, illorum Agnatus, tenuit ac possedit ab Ecclesia Fuldensi in Castris Buchenavv & Werdavv.

LUDER.

Wezilo de *Luder*, Gentis suæ senior, tam suo, quam suorum omnium nomine investituram accipit Anno 1390. Feudi Aviti, scilicet Castri Luder dicti Frœschburg, cum attinentiis, medietatis Decimæ in Hausen &c. id quod à posteris continuatum fuit, donec Anno 1452. portio Castri hujus transiit in Familiam de Boineburg, medietas vero Decimæ in Hausen, acquisita fuit à *Ioanne* de *Doringberg* sub beneplacito Abbatis Fuld. à quo eandem etiam mox suscepit in Feudum. Vid. Boineburg in Luder. Vid. Doringberg.

Grave interim exortum fuerat dissidium inter Fridericum Abbatem Fuld. ex una, & *VVezelonem*, *Simonem*, *Hermannum* & *Henricum* de *Luder* respectivè Fratres & Agnatos, ex alterâ, partibus, quod Anno 1394. per amicabilem compositionem sopitum fuit; vigore cujus Keminata seu Castrum hujus Gentis, in villa Luder situm, Ecclesiæ Fuldensi ad omnes suas necessitates debebat esse perpetuo apertum. Prob. 378.

Transiit de cœtero reliqua pars Castri, quæ hactenus huic Genti Nobili superfuerat, ad Nobiles de Romrode Anno 1607. Vid. Romrode in Holzheim.

LUDER in *Lasshausen*, & *Muess*.

Damianus & *Ioannes* de *Luder* in *Lasshausen* Fratres simultaneè cum *VVendelino* de *Luder* in *Muess* Agnato suo investiuntur Anno 1536. de Feudo Castrensi in Luder, quod à *Philippo* de *Doring* acquisiverant. Succedunt postmodum in eodem Vid. Doring.

Anno 1556. *Ioannes* de *Luder* qui suprà, & ex Fratre suo Damiano defuncto relicti Nepotes sui *Georgius* & *Caspar* de *Luder* in *Lasshausen*, tum etiam *VVendelinus* de *Luder* in *Muess*.

Anno

Anno 1559. *Henricus*, Joannis quondam Filius, tam suo quam reliquorum de *Luder* nomine.

Anno 1565. *Wendelinus* de *Luder* in *Mueß*, tam suo quam Agnatorum suorum *Georgii* & *Ioannis* de *Luder* in *Laßhausen* nomine.

Anno 1606. *Ioannes* de *Luder* in *Laßhausen.*

Anno 1636. *Erardus-Adolfus* de *Luder.*

Anno 1659. *Bernardus-Georgius* & *Ioannes* de *Luder* Fratres, quondam Erardi-Adolfi Filii.

Anno 1689. *Ioannes* de *Luder* suo & Hæredum suorum nomine.

Anno 1704. *Bernardus-Georgius* de *Luder*, Filius præcedentis, cui successit

Anno 1709. *Erhardus-Georgius* de *Luder*, qui Investituræ renovationem etiam Anno 1715. obtinuit.

LUNDORF.

Gerlacus de *Lundorf* investitur Anno 1468. de Feudo suo in Dornheim, scilicet Vase Vini &c. in quod Anno 1472. post ejus obitum, successit ejus ex Sorore Nepos *Henricus* de *Buseck.* Vid. Buseck.

LUPNITZ.

Prob. 379. *Ditmarus* de *Lupnitz* refutat Anno 1370. in favorem Bertoldi Flemming junioris, Bona sua Feudalia, quæ possidebat ab Ecclesia Fuldensi, in loco Hoinrode.

LUTHARTS.

Martinus de *Luttharts* investitur Anno 1430. de Feudo suo Aulico, dicto Stul-Lehen, quod assignatum erat super Bonis in Inferiori-Rota, & originaliter provenit à Nobilibus de *Nuseß.*

Succedunt in eodem Feudo *Martinus* & *Wigandus* de *Lutharts* Fratres Anno 1469. quibus etiam aliud obtigit in Lantenhusen, nempe Molendinum ibidem, & quarta pars villæ Jossa.

LUTTERMUNDE sive LUDERMUNDE.

Prob. 380. *Friderico* de *Ludermunde* & Hæredibus suis donat Anno 1397. Joannes Abbas, in Feudum masculinum, Curtem cum appendiitiis suis sitam in oppido Geysa.

LUTINBACH dictus *Buchen.*


Prob. 381. Joannes Abbas, contulit Anno 1473. *Balthasari* de *Lutinbach* Feudum sibi apertum, ac possessore vacuum, scilicet VIII. Jugera Terræ arabilis. II. Jugera pratorum & Domunculam in Rudelsheim juxta Oppenheim.

LUTZMAN.

Prob. 382. *Henricum Lutzman* acquisivit Anno 1379. Conradus Abbas in Castrensem suum Castri Saleck, assignavitque eidem pro Feudo IV. Flor. annui Redditus super precaria in Hamelburg.

MALKOS.

M.



Malkos.

Henrico & *Ottoni* de *Malkos* in meliorationem Castrensis sui Feudi deservien-di in Biberstein, donavit Anno 1336. Henricus Abbas solitudinem dictam Rode, redimibilem pro 40. lib. Hallens. Successit in eodem Feudo *Joannes* de *Malkos* Anno 1380.

II. *Theodoricus* de *Malkos* investitur Anno 1362. de Bonis quibusdam Feudalibus in Inferiori Bibra sitis, quæ fuerant *Henrici* & *Simonis* de *Hune*.

Manspach.

Bertoldus de *Manspach* investituram obtinet Anno 1454. Feudi Paterni, scilicet Castri Manspach cum attinentiis, ac insuper II. Hubarum ibidem, quæ fuerant quondam *Bertoldi* de *Fuchtinborn*. Succedunt in his simul omnibus Vid. Fuchtinborn.

Anno 1470. *Bertoldus* & *Conradus* de *Manspach*.

Anno 1482. *Conradus*, *Joannes* & *Henricus* de *Manspach*, Fratres. Cum his super oppignoratione medietatis Castri sui Manspach olim facta, transegit Anno 1487. Joannes Abbas in hunc modum; scilicet, quod hoc Pignus plane remissum & absolutum censebitur, dummodo per XX. annos immediate sequentes, Castrum prædictum pateat Ecclesiæ Fuldensi ad omnes suas necessitates, ac Nobiles illi de Manspach exsolvant intra idem Tempus summam trecentorum Florenorum Rhenensium, in cujus defectum solutionis, sæpedictum Castrum Ecclesiæ Fuldensi perpetuo pateret, absque ullius contradictione. Prob. 384.

Anno 1538. *Ludigerus* de *Manspach* tam suo quam omnium Agnatorum suorum nomine.

Anno 1561. *Carolus* & *Wilhelmus* de *Manspach*, Fratres, simultaneè cum relictis *Bernardi* quondam Liberis.

Anno 1599. *Georgius Christophorus*, *Fridericus*, *Georgius-Daniel*, *Fridericus-Gyso*, & *Joannes-Hermannus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Manspach*.

Anno 1614. *Fridericus*, *Georgius-Daniel*, & *Otto-Henricus* de *Manspach*, Agnati.

Anno 1623. *Fridericus*, *Otto-Henricus*, *Erardus-Fridericus* & *Georgius-Hermannus* respectivè Fratres & Agnati de *Manspach*.

Anno 1630. *Erardus-Fridericus* & *Georgius-Hermannus* de *Manspach* Fratres, nec non *Ioannes-Fridericus*, quondam Ottonis-Henrici de *Manspach* relictus minorennis Filius.

Anno 1652. *Erardus-Fridericus* & *Ioannes-Fridericus* de *Manspach*. Ex his Joannes Fridericus, portionem suam Feudi hujus transtulit titulo venditionis in Familiam de *Geyso*, de consensu expresso Abbatis Fuldensis : Reliqua Erardi-Friderici portio, continuavit in posteris suis hoc successionis ordine: Vid. Geysso.

Anno 1665. Investiti sunt ejus relicti Liberi, *Daniel*, *Carolus*, *Otto-Henricus*, & *Ludovicus* de *Manspach* Fratres, quorum natu-minor Ludovicus, Provasallus Conjugis suæ *Susannæ-Christinæ* de *Tann*, obtinet insuper Anno 1682. investituram Feudi ejus Dotalis.

Anno 1695. *Carolus* & *Ludovicus* de *Manspach* Fratres, nec non ipsorum Nepotes, *Fridericus* quondam Danielis de Manspach Filius, & *Erardus* quondam Ottonis-Henrici de Manspach, Filius.

Anno 1701. *Carolus* de *Manspach* idem qui suprà, tam suo quam *Friderici-Danielis* & *Erardi* de *Manspach*, Agnatorum suorum nomine: nec non *Susanna* de *Manspach* tutorio nomine pro Filiis suis minorennibus *Carolo-Henrico*, *Gothardo* & *Georgio* de *Manspach*.

Anno 1720. *Fridericus-Daniel* de *Manspach*, *Erardus-Ludovicus*, *Carolus-Henricus*, *Gothardus* & *Georgius*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Manspach*.

MARGK.

Prob. 385. & 386. *Hugo* de *Margk* investitur Anno 1328. de Feudo suo, Bonis scilicet in Waldese & Dietenrode, quorum medietatem cedit Anno 1334. in Dotalitium *Gelæ* Conjugis suæ, alteram vero medietatem refutat Anno 1349. in favorem *Conradi* & *Friderici* de *Morbes*: omnia de consensu expresso Abbatis Fuld.

MARKART.

Prob. 387. *Hermannum* & *Gozonem Markart* acquisivit Anno 1361. Henricus Abbas in Castrenses suos Hæreditarios, Arcis suæ Lichtenberg eisdemque assignavit pro Feudo Centum & Viginti Libras Denar. Fuldensium super medietate solitudinis seu deserti dicti Rembrechtes, quod Feudum ut apertum ex obitu *Henrici* de *Sternberg*, ultimo collatum fuerat *Gerlaco* de *Craluck*. Vid. Craluck.

MARSCHALCK.

Prob. 388. *Hermannus Marschalck*, Ædes seu Castrum Cytholff proprietatis suæ, transscribit Anno 1387. Ecclesiæ Fuldensi, à qua illud mox recipit in Feudum cum obligatione aperturæ perpetuæ.

II. *Vitus Marschalck* accipit in Feudum XIV. Prædia in Habel, montem dictum Boxberg &c. Anno 1473.

III. *Ioannes-Iulius Marschalck* investitur de XI½. Hubis in Schonerstæt &c. Anno 1715.

MAR-

MARSCHALCK in *Ostheim.*

Christophorus Marschalck investitur Anno 1485. de Feudo suo, parte scilicet Villæ Rappertshausen & Hubarum ibidem. Succedit in his·

Anno 1527. *Joannes Marschalck*, quo mortuo absque Prole mascula Anno 1559. succedunt in eodem Feudo ejus relictæ Filiæ quinque, quarum una nupta fuerat *Georgio Voyt* de *Saltzburg*, altera *Wolframmo Zufrass*, tertia *Arnoldo* ab *Holtrit*, reliquæ duæ *Barbara* & *Magdalena* adhuc remanserant innuptæ. Vid. Voit de Saltzburg.

MARSCHALL in *Aldengottern.*

Joannes-Adolfus Marschall tam suo, quam ex *Sabina-Otilia* nata de *Posern* Conjuge, procreatorum Liberorum nomine, investitur de XI. cum media Hubis in Villa & Campis Schonerstæt, quod Feudum Anno 1686. ex parte acquisiverat à Familia Hausen de Schonerstat, illudque transmisit obiens Anno 1694. in minorennes liberos suos, *Gottlibum*, *Joannem-Rudolfum*, *Joan-Adolfum*, & *Joannem-Iulium*, qui etiam Investituræ renovationem obtinent Anno 1716. Vid. Hausen in Schonerstat.

MARTDORF.

Conrado de *Martdorf* confertur Anno 1397. Prædium in Schrigke &c. quod Feudum paternum ac simul masculinum, obtinuit Anno 1429. (in casum quo ipse absque prole mascula decederet) dari & concedi per expectativam *Adolfo* de *Hirzenhain.* Prob. 389. Vid. Hirzenhain.

MASPACH alias MOSPACH.

Wilhelmus de *Maspach* Feudum suum Castrense deserviendum in Arce Saleck, quod à Patris sui obitu tenuerat ac possederat, refutat Anno 1381. in favorem *Wilhelmi* de *Sleten*, assentiente in idipsum Abbate Fuld. Prob. 390.

II. *Osvvaldus* de *Maspach* investituram obtinet Anno 1440. Feudi promiscui, Curtis scilicet in Birsenstein, VI. Prædiorum in Friensteina, silvæ, aliorumque Bonorum juxta Sluchter &c. in quæ simul omnia succedunt.

Anno 1461. *Fridericus* & *Conradus* de *Maspach* Fratres.

Anno 1473. *Fridericus* de *Maspach*, cujus postmodum relicti minorennes liberi *Wilhelmus*, *Iodocus* & *Hildepertus* Feudi renovationem obtinuerunt Anno 1480. denique

Anno 1491. Solus superstes *Wilhelmus* de *Maspach* in defunctorum Fratrum portiones successit, at illo pariter, absque prole, mortuo Anno 1507. ne coram Paribus Curiæ inter defuncti sorores, ac Neptes diutius de successione disceptaretur, ex gratuitâ arbitrali sententia Joannis Abbatis, utrobique admissæ sunt, sic tamen, ut sorores ejus, eo quod Sanctimoniales essent, de Bonorum Feudalium medietate investitæ, iis fruerentur solummodo ad dies vitæ, post mortem vero ambarum, totum accresceret Agnatis, quibus Bonorum hujusmodi medietas altera assignata fuerat, per simultaneam investituram imposterum possidenda. Prob. 391. & 392.

Meiden.

Prob. 393. *Eppichin Meiden* acquiſivit Anno 1355. Henricus Abbas in Caſtrenſem Hæreditarium Arcis ſuæ Saleck, perſolutis eidem, pro Caſtrenſi Feudo perpetuo deſerviendo, LX. libris Hallenſ.

Meysenbuck.

Prob. 394. *Ioannes* à *Meyſenbuck* inveſtitur de Feudo ſuo de Camera, ſcilicet X. Flor. annui Redditus Anno 1447.

Vid. Lerbach. II. *Carolus-Guſtavus* à *Meyſenbuck*, Conjugis ſuæ *Chriſtinæ-Albertinæ* à *Lerbach* Provaſallus, inveſtitur Anno 1716. de Curte in Nevvkirchen &c.

Memelsdorf.

VVilhelmus de *Memelsdorf* inveſtituram obtinet Curtis Feudalis in Breitenſee quam Anno 1477. ab *Engelhardo* de *Miltz* acquiſiverat.

Merlowe ſive Merlaw.

Tyloni de *Merlavv* confertur Anno 1301. Feudum Caſtrenſe deſerviendum in Caſtro Bingenheim.

Prob. 395. II. *Ioannem* de *Merlavv* acquiſivit Anno 1325. Henricus Abbas in Caſtrenſem Hæreditarium in Oppido ſuo Herberſtein, aſſignatis eidem IV. marcis Colon. annui Redditus pro Caſtrenſi Feudo.

III. *Valentinus* & *Simon* de *Merlavv* Fratres ſimultaneè inveſtiuntur de medietate Caſtri Steinavv cum attinentiis &c. Succeſſit in partem hujus Feudi Anno 1504. poſt obitum Valentini, ejus Gener *Adolfus Ravv* de *Holtzhauſen*, in reliquam verò Simonis de Merlavv portionem admiſſus eſt *Bertoldus* ejus Filius, cui

Vid. Aula: & Nordeck. eam alienandi facultas conceſſa eſt Anno 1482. reſervata obligatione nexus Vaſallitici circa Perſonam ſuam.

IV. *Eberhardus* à *Merlavv* de licentia Abbatis Fuld. contulit Anno 1528. Filio ſuo *Henrico* Bona ſua Feudalia in locis Smalnavv & Hettenhauſen, idque in favorem matrimonii, quod cum *Barbara*, nata de *VVeyers*, contraxerat; uterque de Bonis prædictis inveſtiti ea transmiſerunt Anno 1560. in *Hectorem* à *Merlavv*, à quo in hujus Filium *Ioannem* à *Merlavv*, & hoc decedente Anno 1607. in ejusdem Filiam *Kunigundam* pervenerunt.

V. *Otto-Eberhardus* à *Merlavv* Provaſallus uxoris ſuæ *Cordulæ* natæ de *Volkershauſen* inveſtitur de Feudo ejus Dotali, parte ſcilicet Volkershauſen &c. Anno 1609.

VI. *Georgius-Adolfus*, Provaſallus Conjugis ſuæ *Mariæ-Sabinæ*, natæ Filiæ quondam *Ioannis Gantz* ab *Otsperg*, inveſtituram obtinet Feudi ejus dotalis in Villa & Jurisdictione in Obern-Dornheim Anno 1655.

Idem, poſt obitum Conjugis ſuæ Anno 1671. inveſtituram renovat nomine Liberorum ex ea ſuſceptorum ſcilicet: *Sibylla-Chriſtina*, *Maria-Philippina*, *Ioanna-Eleonora* & *Carolina-Auguſtina*.

MILNRODE.

Milnrode.

Eberhardum de *Milnrode* acquisivit Anno 1374. Conradus Abbas in Castrensem suum Hæreditarium, oppidi & arcis Vache, eidemque assignavit pro Castrensi Feudo, X. Florenos annui Redditus super Precaria ibidem.

Miltz.

Joannes de *Miltz* investitur Anno 1381. de Curte quadam in Miltz, quod Feudum de consensu *Conradi* Filii sui alienat Anno 1390. in favorem *Joannis Rusch.*

II. *Apelo* de *Miltz* accipit in Feudum Anno 1396. duas Curtes, unam in Miltz, alteram in Breitensèe cum attinentiis: Succedunt in iisdem

Anno 1432. *Otto* de *Miltz.*

Anno 1450. *Otto* de *Miltz,* Filius præcedentis, qui postmodum de consensu Abbatis Fuld. constituit super Fundis suis Feudalibus Anno 1465. *Walburgi* de *Bibra*, quam Filio suo *Theodorico* desponsaverat, Dotalitium 1200. Florenorum. Succedunt *Otto* & *Ioannes* de *Miltz* Theodorici quondam Liberi, à quibus Feudum transiit in Familiam Truchses. Vid. Truchses.

Miltz dicti *Scholl.*

Iacobus de *Miltz* dictus *Scholl* investitur Anno 1498. de portione Castri Urtzel cum aliquot attinentibus prædiis, quod Feudum in ejus gratiam refutaverat *Antonius* de *Weyers*, cujus Filiam *Elisabetham* duxerat uxorem.

Minzenberg.

Philippo de *Minzenberg* donavit Anno 1300. Henricus Abbas centum marcas pro Castrensi Feudo deserviendo in Bingenheim, quod postmodum Anno 1302. ducentis Marcis melioravit, hac lege, ut ipse Philippus, vel sui Hæredes, de Bonis suis propriis, XX. marcarum Redditus annuos Ecclesiæ Fuldensi resignarent, eosdem imposterum titulo Castrensis Feudi prædicto ab Ecclesia Fuld. recepturi; id quod etiam præstitit supradictus Philippus Anno 1320. Prob. 397. & 398. Prob. 402.

Alia adhuc huic Nobili Prosapiæ fuêre Bona Feudalia quandoquidem Anno 1304. *Philippus* senior, & *Philippus* junior de *Minzenberg* resignant Ecclesiæ Fuldensi nonaginta Maldra Siliginis annui Redditus super Bonis suis propriis in Budensheim, in restaurum Decimæ in Hovegulle sibi appropriatæ, quam hactenus ab Ecclesia Fuldensi tenuerant ac possederant in Feudum. Prob. 399.

Morbes.

Conradus & *Fridericus* de *Morbes* investiuntur Anno 1349. simultaneè de Feudo suo in Waldese & Dietzenrode, quod de consensu Abb. Fuld. acquisiverant ab *Hugone* de *Margk.* Prob. 386.

Morle dicti *Behem.*

Henricus de *Morle* accipit Anno 1357. ab Henrico Abbate in Feudum, Castrum Prob. 404.

ſtrum Urtzel cum attinentiis, hoc pacto, ut Eccleſiæ Fuldenſi ad omnes ſuas neceſſitates ſemper ſit apertum, nec quidquam in eo immutetur circa ædificia, absque expreſſo illius conſenſu:

Succedunt in hoc Feudo, aliisque Anno 1380. *Conradus Franko*, & *Eberhardus*, quorum prior de Licentia Abbatis Fuldenſis, & ſuorum aſſenſu, conſtituit *Kunigundæ* Conjugi ſuæ Dotalitium 500. Flor. & 300. Librarum Denar. Fuld. pro Morganatica ſuper Fundis ſuis Feudalibus in Almundes & Hoſenfelt An. 1387.

Anno 1405. *Conradus* & *Eberhardus* de *Morle* Fratres, iidem qui ſuprà, unà

Prob. 406. cum ſibi propinquis Ganerbiis, ſeu Condominis, has amicabilis compoſitionis conditiones admiſere, nimirum: quod ipſi, & eorum Hæredes, omnes & ſinguli, mox ubi XV. ætatis annum attigerint, ſeſe corporaliter, ad perpetuam Eccleſiæ Fuldenſis defenſionem adverſus quoſcumque, & in aperturam Caſtri ſui Urzell,

Vid. Part. II. Cap. IV. quoties opus fuerit, ſub Juramento obligabunt; id quod cum ex poſteris eorum nonnulli minus religioſè obſervaſſent, Feudo privati ſunt, nec in illud niſi ſero readmiſſi. Ex his primus occurrit

Anno 1520. *Hector* de *Morle*, qui de conſenſu Abbatis Fuld. aſſignavit Anno 1525. Uxori ſuæ *Sibyllæ*, natæ de *Tungen*, pro Morganatica, ex eodem Feudo ſummam 500. Flor. Succedunt

Anno 1552. ejus Filii *Philippus* & *Ioannes* de *Morle*, qui etiam ſupraſcriptarum conditionum obſervationem ſigillatim jurarunt.

Anno 1587. *Wolfgangus-Theodorus*, *Georgius-Chriſtophorus*, *Martinus-Laurentius*, *Hector-Albertus*, *Balthaſar Philippus*, *Ioannes-Philippus*, *Ioannes-Wilhelmus*, *Richardus-Ulricus* & *Wolfg.-Laurentius*, omnes reſpectivè Fratres & Agnati de *Morle*.

Anno 1607. *Balthaſar-Philippus* Familiæ ſenior, tam ſuo, quam aliorum omnium de *Morle* nomine, quos jam Anno 1623. ſupervixiſſe videtur, quando pro ſe ac Hæredibus ſuis Inveſtituræ renovationem impetravit; hinc obiens Anno 1638. absque Prole maſcula, Feudum ſuum obtigit *Annæ-Agathæ* Filiæ ſuæ, quæ *Iacobo-Hartmanno* de *Tungen* nupta erat.

MUNSTER.

Prob. 408. *Engelhardo* de *Munſter* juniori, permiſſum eſt, Anno 1363. ex peculiari Henrici Abbatis conceſſione, Feudum ſuum Curiale in Cives aut alios transmittere: ſic tamen ut perſonæ ſuæ nihilominus remaneat obligatio vaſallitica.

MUSCHENHEIM ſive MAUSCHENHEIM.

Prob. 409. *Richardus* de *Muſchenheim* alienat Anno 1378. in favorem Monaſterii in Arnsperg, medietatem Decimæ in Treyſa, quam hactenus poſſederat in ſubfeudum, aſſignatque in ejusdem reſtaurum quosdam proprietatis ſuæ Agros infra Mincenberg, ab Eccleſia Fuldenſi impoſterum tanquam à ſuperiori, tenendos ac poſſidendos in Feudum maſculinum.

MUSCHENHEIM, dicti *Bechtolsheim*.


Vid. Baſtheim. *Ioannes Georgius* de *Mauſchenheim*, dictus *Bechtolsheim*, inveſtitur Anno 1652. de

de medietate Villæ Dalherda, Bonis in Hettenhusen &c. quod Feudum à *Philippo Ottone* de *Bastheim* acquisiverat. Succedunt in eodem

Anno 1676. *Ioannes Richardus*, & *Fridericus-Hermannus* de *Mauschenheim*, Filii præcedentis.

Anno 1701. *Philippus-Richardus-Antonius* de *Mauschenheim*, sub Tutela matris suæ *Annæ-Mariæ*, natæ *Fuchs* in *Dornheim*, & *Ioannis-Philippi Fuchs* à *Dornheim* Canon. & Scholastici Herbipol.

N.



NAGEL in *Bisses*.

Henricus-Philippus de *Nagel* in *Bisses*, Provasallus uxoris suæ *Claræ Elisabethæ*, natæ de *Buchenavv*, investitur de Feudo ejus Dotali super Bonis in Buchenavv Anno 1679. constituto, postquam jam antea per simultaneam investituram obtinuisset Villam Bisses cum attinentiis. Utrumque Feudum transmittit Anno 1682. in minorennes Liberos suos *Christoph.-Adolfum*, *Matthiam*, *Annam-Elisabetham* & *Annam Catharinam*. His succedit postmodum

Anno 1701. *Ioannes-Mathias* de *Nagel*; Cujus relicta vidua *Maria-Magdalena* nata de *Gemmingen*

Anno 1706. Tutorio nomine Investituræ renovationem impetrat pro Liberis suis minorennibus, *Ioanne-Henrico*, *Friderico-Bernolfo*, & *Ludovica-Iuliana* de *Nagel*. Item Anno 1715.

NARBE.

Paulus & *Georgius Narbe*, Fratres investiuntur Anno 1463. de Curte in Husen sub Hildeburg, quod Feudum prius fuerat illorum de Fladungen.

II. *Paulus Narbe* accipit in Feudum Anno 1490. Prædium quoddam in Walks juxta Ketten. Vid. Rus-vvorm.

NATZA.

Reinhardus de *Natza* accipit in Feudum Anno 1451. mediam Hubam sitam in Heldert juxta Treford.

NESSELRIED.

Georgius & *Bertoldus* de *Nesselriede* alienant Anno 1405. in favorem *Mathiæ* Præpositi in Dorla, & Carthusianorum in Eisenach, Fundos suos Feudales in Sonneborn, quos hactenus tenuerant ab Ecclesia Fuldensi. Prob. 410.

II. *Ber-*

II. *Bertoldus* de *Nesselriede* investitur Anno 1430. de tribus Hubis in Yffede, quod Feudum cedit postmodum Anno 1438. Sorori suæ, nuptæ *Hermanno* de *Creuzeberg*.

Neytur sive Netter.

Prob. 411. *Henricus* de *Neytur* refutat Anno 1360. Feudum suum, scilicet desertum dictum Tuberich, petitque de eodem investiri *Hermannum* de *Neytur* affinem suum. Succedit in hoc Feudo

Anno 1423. *Hermannus* de *Neytur* diversus à præcedenti.

Prob. 412. II. *Hermannus* & *Ebervvinus* de *Neytur* eo quod Conradus Abbas quendam illorum Clientem, è Captivitate liberum dimisisset, transcripserunt Ecclesiæ Fuldensi de proprietate sua in Villa Rydmanshausen duas Curtes & Hubam unam, quam rem donatam Conradus Abbas eisdem brevi manu retradidit in Feudum Anno 1377.

Prob. 413. III. *Lampertum* de *Neytur* acquisivit Anno 1379. idem qui suprà Conradus Abbas, in Castrensem Hæreditarium Arcis ac Oppidi sui Vache, assignavitque eidem pro Feudo VI. Flor. annui Redditus super precaria ibidem.

Nodung vide Werdaw.

Nordeck in *Rabenavv.*

Hermannus de *Nordeck* accipit in Feudum Anno 1465. Curtem & duas Hubas in Echzell &c.

II. *Joannes* de *Nordeck* investitur Anno 1478. de duobus Feudis Castrensibus in Salmunster.

Vid. Merlavv. III. *Joannes* & *Cyriacus* de *Nordeck* investiuntur Anno 1539. de Feudo Paterno, parte scilicet Castri Steinavv cum attinentiis, quod à *Bertoldo* de *Merlavv* fuerat acquisitum; Succedunt in eodem

Anno 1569. *Georgius-Ludovicus* & *Ioannes-Eberhardus* de *Nordeck*, Fratres.

Anno 1591. *Georgius-Ludovicus* de *Nordeck* simultaneè cum *Hermanno-Theodorico*, quondam *Joannis-Eberhardi* Filio.

Vid. Langlen. IV. *Joannes* de *Nordeck* acquirit Anno 1685. à *Joanne-Eberhardo* de *Langlen* Curtem liberam & Dominicalem in Echzell, de quo Feudo investitus illud transmittit anno mox sequenti 1686. in posteros suos *Georgium-Rudolphum*, *Joannem-Conradum*, *Philippum*, *Georgium-Mauritium*, *Annam-Catharinam*, *Mariam-Elisabetham*, *Eleonoram-Elisabetham*, *Mariam-Lucretiam* & *Ludovicam-Sophiam-Philippinam* omnes de *Nordeck* in *Rabenavv*. Ex his Investituræ renovationem obtinent.

Anno 1701. *Georgius-Mauritius* de *Nordeck*, tum & *Anna-Catharina*, nupta N. à *Dorne*. *Eleonora-Elisabetha*, *Maria Lucretia* & *Ludovica Sophia-Philippina*. Omnes natæ de *Nordeck* in *Rabenavv* Anno 1715.

V. *Georgius-Philippus* de *Nordeck* in *Rabenau* tam suo, quam Conjugis suæ *Annæ-Dorotheæ-Margaretæ*, natæ de *Brambach*, nomine investitur Anno 1716. de parte Feudi Oberndornheim, quod originaliter à Nobilibus *Weyss* de *Feuerbach* provenit.

OBEN-

O.



OBENTRAUT.

Philippus, *Bernhardus-Henricus*, *Conradus-Henricus*, *Ioannes-Michael* & *Ludovicus*, omnes nati ab *Obentraut*, sub Tutela *Joannis-Bartholomæi* ab *Obentraut* & *Wolfgangi* de *Hauben* Investituram obtinent Anno 1603. Feudi, scilicet Curiis, & duarum Hubarum in Berstat, quod illis ex obitu Quirini *Flach* à *Schvvartzenburg* obtigerat. Vid. Flach.

Ex his solus aliquando superstes reperitur *Ludovicus* ab *Obentraut*, cui Joannes-Bernardus Abbas hoc ipsum Feudum, non ut paternum, sed ut novum reconcessit Anno 1627. juxta Conventionem inter se initam, qua insuper indulsit, ut Ludovico succederent Liberi promiscui sexus. Prob. 414.

OBERNITZ in *Thausa* & *Ostheim*.

Fridericus ab *Obernitz* in *Thausa* investitur Anno 1554. de Curte in Breitensèe &c. quod Feudum ipsi obtigerat ex obitu *Stephani Schott*, cujus Sororem in Matrimonium duxerat. Succedunt in hoc Feudo ejus Liberi.

Anno 1569. *Henricus*, & *Ioannes-Vitus*, & ex prædefuncto eorum Fratre *Caspare* relicti Liberi *Caspar*, *Ioannes-Otto* & *Hieronymus*, omnes nati *Obernitz* in *Thausa*.

Ex his *Ioannes-Vitus* reliquorum portiones acquisivit ac de Feudo integro investitus Anno 1575. se *Obernitz* in *Ostheim* juxta Rhœnanos Montes, nuncupavit; ei successit post obitum unica ejus Filia *Catharina* sub Tutela *Henrici* & *Viti* ab *Obernitz*.

OHR.

Ioannes Caspar ab *Ohr* Provasallus uxoris suæ *Hedevvigis-Beatæ*, natæ *Slitz* dicti *Gœrtz*, investitur Anno 1671. de Feudo ejus dotali super Castro & Oppido Slitz &c. constituto.

OLDERSHAUSEN.

Ludolphus, *Henricus* & *Bertoldus* ab *Oldershausen* Fratres, simultaneè investiuntur Anno 1463. de Jure Patronatus in Holzhausen, quod Feudum transiit postmodum ad Nobiles de *Boventheim*. Vid. Boventheim.

OLFE.

Prob. 415. *Crafto* ab *Olfe* conjuncta manu Conjugis suæ *Luckardis*, ac Liberorum suorum promiscui sexus *Petri* scilicet, *Hermanni* & *Henrici*, tum & *Elisabethæ* & *Hedevvigis*, transscribit Ecclesiæ Fuldensi LX. marcas denariorum super Curte sua in Wederfelt, hoc pacto expresso, ut tam ipse quam Liberi sui promiscui sexus, eandem Curtem à prædicta Ecclesia imposterum perpetuis temporibus teneant & possideant in Feudum Castrense Hæreditarium in Bingenheim Anno 1352.

ORFE.

Prob. 416. *Henricum* ab *Orfe* acquirit Henricus Abbas Anno 1319. in Castrensem Hæreditarium in Luterbach, assignatis eidem, super precaria ibidem V. marcis Coloniens. annui Redditus pro Castrensi Feudo.

OSTHEYM.

Prob. 417. *Wolframmo* ab *Ostheym* contulit Anno 1387. Fridericus Abbas in Feudum quartam partem Castri Folkershausen cum attinentiis, hac lege, ut, qui eidem in hoc Feudo succederent, mox ubi XII. ætatis annum explevissent, prædictam quartam partem Castri ab Ecclesia Fuldensi susciperent in Feudum, seseque in ejusdem partis aperturam perpetuam, quoties opus visum fuerit, etiam sub Juramento obligarent.

Prob. 418. Eundem *Wolframmum* ab *Ostheim* acquisivit Anno insequenti 1388. Fridericus Abbas in Castrensem Hæreditarium Arcis ac Oppidi sui Vache, eidemque assignavit pro Castrensi Feudo X. Libras Hallenses annui Redditus super Censibus in Vache; quod prius fuerat Nobilium de *Buttlar*. Vid. Buttlar sub N. III.

OTTSPERG.


Iodocus-Christophorus, *Philippus Conradus*, & *Ioannes* ab *Ottsperg* respectivè Fratres & Agnati, simultaneè investiuntur Anno 1622. de Curte in Habischeim, quod Feudum sibi acquisiverant.

OYENHAUSEN in *Grebendorff*.

Rabanus-Arnoldus ab *Oyenhausen* in *Grebendorff* acquirit Anno 1665. à Nobilibus *Schenck* de *Svveinsperg* solitudinem sive desertum Nordling sub Jurisdictione Ruschenberg situm, de quo Feudo investitus, illud transmittit per obitum Anno 1668. in minorennes Filios suos *Rabanum-Christophorum*, *Fridericum-Ulricum* & *Ferdinandum* ab *Oyenhausen*, sub Tutela *Theodori Spigel* de *Pickelsheim* & Joannis-Conradi de *Habrenberg*, qui simultaneè Investituræ renovationem obtinent adhuc Anno 1679.

PETERS-

P.



PETERSWALT.

Hermannus-Sigismundus de *Petersvvalt* tam suo, quam defuncti Fratris sui *Reinhardi-Henrici* ex *Anna-Maria-Renata* Conjuge, nata de *Bertolshoven*, Liberorum nomine, scilicet *Joannis-Georgii-Ludovici*, tum & *Joannæ*, *Christinæ* & *Catharinæ*; ac in horum defectum, nomine etiam *Joannis-Hermanni-Wolfgangi* de *Petersvvalt* suorumque Liberorum; denique & Sororum suarum nomine, scilicet *Helenæ*, *Christinæ* & *Annæ-Catharinæ* de *Petersvvalt*, investitur Anno 1669. de Feudo, nimirum Keminata in Leiboltz cum suis attinentiis &c.

PHEFFERSAGK.

Henricum de *Pheffersagk* acquisivit Henricus Abbas Anno 1350. in Castrensem suum Hæreditarium in Arce Stolzenberg, eidemque assignavit XL. Libras Hallenf. Prob. 419.
super Bonis quibusdam in Salza, pro Castrensi Feudo, quod ipsi postmodum Anno 1367. melioratum fuit. Succedit in hoc Feudo

Anno 1390. *Wernherus* de *Pheffersagk* qui etiam Anno 1396. acquisivit ab *Henrico* de *Gilse* partem Decimæ juxta Alsfelt, id quod Feudum transiit postmodum Anno 1478. ad Nobiles de *Hattenbach*.

II. *Ioannes* de *Pheffersagk* investitur Anno 1470. de Feudo suo in Mara, quod postmodum de consensu *Annæ* Conjugis suæ alienat: aliud deinde ipsi Feudum obtigit Anno 1479 in Luterbach, quod in posteros suos transmisit, eo, qui sequitur, ordine.

Anno 1492. *Conradus* de *Pheffersagk* succedit post obitum Joannis Patris sui.

Anno 1511. *Helvvicus* de *Pheffersagk* Conradi Filius.

Anno 1525. *Conradus* & *Cornelius* de *Pheffersagk* Fratres.

PHERDSDORFF.

Bopponi de *Pherdsdorff* conferuntur Anno 1363. in Feudum Castrense deserviendum in Saleck, centum libr. denar. Fuldens., & in Feudum masculinum Curtis in Cellingen. Succedunt in utroque Feudo

Anno 1387. *Gozo* de *Pherdsdorff*.

Anno 1420. *Conradus* de *Pherdsdorff*.

Anno 1440. *Carolus*, *Caspar*, *Ioannes*, *Eberhardus*, *Wilhelmus* & *Melchior* de *Pherdsdorff* Fratres.

Anno 1453. *Wilhelmus* de *Pherdsdorff*.

Plittersdorf.

Ioanni-Wernero Baroni de *Plittersdorff* de Ecclesia Fuldensi benè merito, datur Anno 1671. in Feudum masculinum Nider-Kalbach Castrum & Villa, similiter Utrichshusen Castrum & Villa, cum attinentiis &c., sic, ut post obitum suum, in iisdem Bonis succedat ejus ex Fratre Nepos *Ioannes-Wilhelmus* de *Plittersdorff* ejusque proles mascula, defectu cujus, teneat Feudum hoc *Anna-Maria* de *Plittersdorff* ad dies vitæ suæ tantum, ac proinde ad Ecclesiam Fuldensem integre postmodum revertatur.

Pfrumheim de *Clettemberg*.

Damianus de *Pfrumheim* investitur Anno 1399. de Feudo paterno, videlicet Villa Husen cum Jurisdictione & Attinentiis, tum & reliquis Bonis sitis in Eschenheim.

Huic Damiano postquam ex singulari Gratia Anno 1428. concessum fuit Villam suam Husen, quam hactenus in Feudum tenuerat, alienare in favorem Consulum Civitatis Francofurdiensis, assignavit ipse in restaurum X. jugera suæ proprietatis in Campis Pfrumheim, imposterum cum aliis Bonis in Eschenheim tenenda & possidenda in Feudum ab Ecclesia Fuldensi itaque in novum hoc Feudum conjunctum cum antiquo, successerunt *(Prob. 420.)*

Anno 1451. *Damianus* & *Henricus* de *Pfrumheim* Fratres, Præcedentis Filii.

Anno 1474. *Henricus* de *Prumheim* qui suprà, & ex defuncto Fratre suo Damiano, relictus Nepos *Conradus* de *Prumheim*.

Anno 1481. *Conradus* de *Prumheim*, tam suo, quam Agnatorum suorum *Philippi*, *Ioannis* & *Henrici* de *Prumheim* nomine.

Anno 1539. *Waltherus* de *Prumheim* in *Clettemberg* tam suo, quam Agnatorum suorum nomine, scilicet *Nicolai*, *Ioannis* & *Henrici* de Prumheim Fratrum.

Anno 1572. *Waltherus*, *Henricus*, *Ioannes-Waltherus*, *Nicolaus*, *Fridericus-Maternus* & *Georgius-Rudolfus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Prumheim*.


Anno 1599. *Philippus-Wolfgangus*, *Henricus*, & *Sebastianus-Hartmannus* de *Prumheim* Agnati.

Anno 1639. *Henricus-Ludovicus* & *Nicolaus* de *Prumheim*, Fratres.

Anno 1642. *Ioannes-Henricus-Wilhelmus* de *Prumheim*, quondam *Henrici-Ludovici* relictus minorennis Filius, sub Tutela Matris suæ Joanna-Maria, nata de Nassau.

Anno 1671. Idem, qui supra *Ioannes-Henricus-Wilhelm* de *Prumheim* Investituræ renovationem obtinet, eique succedit post obitum Anno 1714. Filius ejus *Ioannes-Georgius-Wilhelmus* de *Prumheim* in *Clettemberg*.

RABE-



Rabenaw vide Nordeck.

Radenhausen.

Groppe & *Ludovicus* de *Radenhauſen* Fratres, inveſtituram obtinent Feudi ſui, ſcilicet Decimæ in minori Selheim &c. Anno 1309. Succeſſerunt in hoc Feudo poſtmodum Prob. 421.

Anno 1398. *Adolfus* de *Radenhauſen.* Prob. 422.

Anno 1439. *Ludovicus* de *Radenhauſen.*

Anno 1452. *Genandus* de *Radenhauſen.*

Anno 1465. *Ioannes* de *Radenhauſen.*

Anno 1474. *Ludovicus* de *Radenhauſen,* ſub quo acceſſit Jus patronatus ibidem Anno 1479. ex gratuita Principis Benevolentia.

Anno 1519. *Eberhardus* de *Radenhauſen.* Hic per Conjugium initum cum *Ida,* quondam *Ioannis* Comitis de *Beichlingen* Filia, aliud excellentius Feudum acquiſivit, Anno 1524. ſcilicet Villas majorem & minorem Selheim cum Juriſdictione, & Advocatia &c. Utrumque Feudum continua ſerie, per inveſtituram obtinuerunt

Anno 1539. *Ludovicus* & *Conradus* de *Radenhauſen* Fratres, præcedentis Filii,

Anno 1552. *Ludovicus, Conradus, Ioannes, Caſpar,* & *Ioannes-Georgius* de *Radenhauſen* Fratres, qui poſt obitum Ludovici Anno 1559. inveſtituram renovant, ſucceduntque ſimultaneè cum iis, Ludovici jam dicti relicta vidua, & Liberi ejus.

Anno 1572. *Conradus* & *Ioannes-Georgius* de *Radenhauſen* Fratres; ſimultaneè cum relictis Nepotibus ſuis ex *Ludovico* & *Ioanne* de *Radenhauſen* Fratribus,

Anno 1607. *Jodocus-Wilhelmus*, *Conradus* & *Conrad-Adolfus* respectivè Fratres & Agnati de *Radenhausen.*

Anno 1628. *Conradus Adolfus* de *Radenhausen* tam suo quam *Conradi* Agnati sui, cujus Tutor erat, nomine.

Anno 1638. Succedunt in partem Conradi-Adolfi de Radenhausen ejus relicti Liberi, qui illam postmodum distrahunt.

Anno 1650. *Rudolfus-Wilhelmus* & *Conradus-Adolfus* de *Radenhausen* Fratres, Patris sui Conradi partem obtinent. In qua succedunt

Anno 1684. *Conradus-Adolfus* & *Emericus-Fridericus* de *Radenhausen* Agnati, & eorum respectivè Sorores *Anna-Catharina*, *Anna-Dorothea*, *Anna-Barbara*, & *Anna-Francisca.*

Anno 1697. *Emericus-Fridericus* de *Radenhausen* & *Elisabetha-Maria*, nata *Rotzmann*, quondam *Conradi-Adolfi* de *Radenhausen* vidua, pro Filio suo minorenni *Ioanne-Wilhelmo* de *Radenhausen.*

Anno 1717. *Emericus-Fridericus* & *Ioannes-Wilhelmus* de *Radenhausen* Agnati. Ex his superstes Joannes-Wilhelmus, Investituræ renovationem impetravit Anno 1722.

Randesacker.

Prob. 423. *Eberhardum* de *Randesacker* acquisivit Anno 1345. Henricus Abbas, in Castrensem suum Hæreditarium Arcis suæ Tungen, una cum *Engelberto Wenden*; iisque assignat in Castrense Feudum LX. Libras Hallens. super Bonis, quæ quondam fuerant *Henrici* de *Buchenberg* sitis in Huntsfelt. Vid. Buchenberg.

Rastorf.

Prob. 424. *Henrico*, *Craftoni* & *Gerlaco* de *Rastorf* Fratribus, Facultatem concedit Henricus Abbas Anno 1309. Bona, quæ hactenus ab Ecclesia Fuldensi in Feudum tenuerant, alienandi in favorem Ecclesiæ Collegiatæ in Rastorf.

Prob. 425. II. *Craftonem* de *Rastorf* acquisivit Henricus Abbas Anno 1336. in Castrensem suum Hæreditarium Castri Biberstein, unà cum *Friderico Sparwasser*, assignavitque eisdem in Pignus II. Hubas in Wolfirswinden, donec illis persolutæ fuerint Centum & Viginti Libræ Hallens. in certos Redditus convertendas, & deinceps titulo Castrensis Feodi tenendas & possidendas.

Ratebur.

Engelhardus de *Ratebur* accipit in Feudum Anno 1420. Prædium in Muzlar.

II. *Godescalcus* de *Ratebur* simultaneè cum Uxore sua investitur de Feudo Gratiæ, Prædio scilicet in Ufhusen Anno 1451. hac lege, ut post utriusque obitum ad Ecclesiam Fuldensem redeat, ut apertum.

Raw ab *Holzhausen.*

Plura in hac Gente Nobili Feuda occurrunt, ut sunt Bona in Geminden, in Berstad, Dornheim &c. de quibus sigillatim investitura obtinetur: ex iis omnium antiquius Feudum videtur illud in Gemunden juxta viam, quod simultaneè ab Ecclesia

clesia Fuldensi tenuerunt Anno 1396. *Adolfus*, *VVideroldus*, & *Conradus Ravv* de *Holzhausen*, quibus tum in hoc, tum in aliis Fundis Feudalibus successerunt hoc ordine reliqui ex posteris: Prob. 426.

Anno 1429. *Bernardus Ravv* ab *Holzhausen*.

Anno 1448. *Gernandus Ravv* ab *Holzhausen*.

Anno 1452. *VVilderoldus*, *Henricus* & *Ioannes Ravv* ab *Holzhausen*.

Anno 1473. *Henricus* Ravv ab *Holzhausen*.

Anno 1504. *Adolfus* Ravv ab *Holtzhausen*, tam suo quam suorum omnium nomine.

Anno 1524. *Adolfus* & *Georgius Ravv* ab *Holzhausen*, Agnati.

Anno 1554. *Georgius* & *Rudolfus-VVilhelmus Ravv* ab *Holzhausen*, Agnati.

Anno 1558. *Iodocus*, *Ioannes-Adolfus*, *Iodocus* & *Burchardus* Ravv ab *Holzhausen*, respectivè Fratres & Agnati. Sub his accessisse videtur etiam Feudum aliud, nimirum Jus Patronatus in Dornheim.

Anno 1589. *Rudolfus-VVilhelmus Ravv* ab *Holzhausen*, nec non *Henricus* & *Ioannes-Iodocus Ravv*, Fratres, tum *Ioannes-Rupertus* Ravv, ac denique etiam *Itelius-Burchard* relictus Joannis-Adolfi Ravv minorennis Filius.

Anno 1599. *Rudolfus VVilhelmus* & *Itelius-Burchardus Ravv* ab *Holzhausen*, Agnati.

Anno 1607. *Rudolphus-VVilhelmus* qui suprà, post cujus obitum Anno 1611. succedunt simultaneè ejus relicti Liberi, *Iodocus-Burchardus*, *Rudolfus*, & *Ioannes-Adolfus*, omnes *Ravv* ab *Holzhausen*.

Anno 1619. *Itelius-Burchardus*, *Iodocus-Burchardus* & *Ioannes-Adolfus Ravv* ab *Holzhausen*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1624. *Iodocus-Burchardus* simultaneè cum Fratre suo *Ioanne-Adolfo*, *Ravv* ab *Holtzhausen*.

Anno 1669. *Philippus-Adolfus*, *Iodocus*, *Otto-Rudolfus*, & *Rudolfus-Philippus Ravv* ab *Holzhausen*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1680. *Philippus-Adolfus*, *Otto-Rudolfus*, *Rudolphus-Philippus*, *Ludovicus-Rudolfus*, *Georg-Ioannes-Ernestus*, & *Ernestus-Henricus* respectivè Fratres & Agnati *Ravv* ab *Holzhausen*.

Anno 1694. *Ludovicus-Rudolfus* & *Rudolfus-Philippus*, nec non Ottonis-Rudolfi relicti minorennes Liberi *Ioannes-Adolfus*, *Ioannes Rudolfus*, *Otto-VVilhelmus*, & *Georgius-Ludovicus*; Ac denique etiam Philippi-Adolfi relicti minorennes Liberi *Philippus-Fridericus-Itelius*, *Ioannes-Adolfus*, & *Carolus-Augustus*, omnes respectivè Fratres & Agnati *Ravv* ab *Holzhausen*.

Anno 1706. *Ioannes-Adolfus*, nec non *Ioannes-Rudolfus* & *Georgius-Ludovicus*, tum reliqui ut suprà, omnes respectivè Fratres & Agnati *Ravv* ab Holzhausen.

Anno 1719. *Ioannes-Adolfus Ravv* ab *Holzhausen*, tam suo, quam *Caroli-Augusti*, *Georgii-Ludovici*, & *Philippi-Friderici-Itelii Ravv* ab *Holzhausen* nomine, suorum respectivè Fratrum & Agnatorum.

RAWENTALE.

VVolframmus de *Ravventale* simultaneè una cum Fratribus suis *Henrico-Ioanne* & *Ottone* investitur Anno 1488. de Feudo Castrensi in Lengsfeld, Prædiis in Waltsassen, Borsa &c. in quæ simul omnia succedit

Anno 1514. *Ioannes* de *Ravventale*.

RECKERO.

RECKERODE sive RECKENRODE.

Prob. 427. *Bertoldum* de *Reckerode* acquisivit Anno 1332. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium Arcis suæ Fursteneck, assignavitque eidem pro Castrensi Feudo Bona quædam in Uffhusen, quæ sibi suæque Ecclesiæ fuerant aperta ex obitu *Conradi* an dem *Ende*; accesserunt in meliorationem hujus Feudi Bona, quæ similiter pro Castrensi Feudo possidebat in Villa superiori Wiseburn *Bertoldus Brunig* Anno 1336. In iis successerunt postmodum

Anno 1398. *Henricus* de *Reckerode*.

Anno 1423. *Georgius* & *Hermannus* de *Reckerode* Fratres, quibus insuper obtigerunt Bona Feudalia in Heringen & Otspach.

Anno 1456. *Jodocus* de *Reckerode* tam suo, quam Tutorio nomine pro relictis ex *Adolfo* de *Reckerode* minorennibus Liberis *Henrico*, *Hermanno* & *Georgio*, quibus se adjunxerunt ex eodem Adolfo Filiæ, *Margareta*, per Provasallum Conjugem suum *Valentinum* de *Creutzberg*, *Agnes* itidem per Conjugem suum *Melchiorem* de *Boineburg*, & *Dorothea* per *Georgium* ab *Herda* Conjugem. Qui omnes simultaneè successerunt in Bona in Heringen & Otspach, quemadmodum ii, qui sequuntur, salvo Feudo Castrensi, quod solis masculis adhæsit;

Anno 1476. *Henricus* de *Reckerode* ejusque Fratres *Hermannus*, *Georgius*, *Bertoldus*, & *Apelo*, tum & *Joannes* de *Reckerode* ejusque pariter Fratres, *Jodocus*, *Conradus* & *Fridericus*, sub quibus accessit & Feudum aliud Anno 1488. nimirum Villa Salmanshausen cum attinentiis.

Anno 1520. *Hermannus*, *Apelo*, *Wilhelmus-Rabanus*, *Georgius*, & *Jodocus*, respectivè Fratres & Agnati de *Reckerode*.

Anno 1542. *Caspar* & *Wilhelmus*, *Sebastianus* & *Manegoldus*, respectivè Fratres & Agnati de *Reckerode*.

Anno 1559. *Caspar* & *Wilhelmus* de *Reckerode* Fratres. Ex his postquam Wilhelmo pars Feudi, villæ scilicet Gerthausen, obtigisset Anno 1568. ex obitu *Georgii* de *Spechsart*, cujus Filiam *Margaretam* duxerat uxorem; tota hæc gens Nobilis in varias Stirpes abiit, divisis inter se Fundis Feudalibus, ut patet ex sequentibus.

Vid. Spechsart.

RECKERODE in *Salzungen* & *Gerthausen*.

Anno 1571. *Caspar* de *Reckerode* in *Salzungen* tam suo quam ex Fratre suo *Wilhelmo* de *Reckerode* in *Gerthausen* relictorum Nepotum, *Joannis-Georgii* & *Wilhelmi* nomine, succedit in Feuda præcedentia, exceptis Bonis in Heringen & Salmanshausen.

Anno 1603. *Andreas-Wilhelmus* & *Ernestus Wilhelmus*, *Joannes-Wernerus* & *Joannes-Henricus* relicti minorennes Filii Joannis Georgii; omnes respectivè Fratres & Agnati de *Reckerode* in *Salzungen* & *Gerthausen*.

Anno 1623. *Balthasar-Rabanus*, *Joannes Henricus*, *Vitus-Wilhelmus*, *Barbara-Sibylla*, *Sabina* & *Anna*, relicti minorennes liberi Ernesti-Wilhelmi, sub Tutela. Tum etiam *Adam-Wilhelmus* & *Georgius-Hermannus* Fratres; omnes respectivè de Reckerode in *Salzungen* & *Gerthausen*.

Anno 1679. *Adam-Melchior*, & *Henricus-Wilhelmus* de *Reckerode*, Fratres.

Anno 1684. *Henricus-Wilhelmus*, & ex Fratre suo Adamo-Melchiore relicti Nepotes, *Fridericus-Adam* & *Bernardus-Ludovicus* de *Reckerode* in *Gerthausen*.

Anno

Anno 1699. *Fridericus-Adam* de *Reckerode* in *Gerthausen*, nec non Anna-Sophia nata de Boineburg relicta N. de *Reckerode* Tutorio nomine pro Filiis suis minorennibus *Philippo-Henrico*, *Ioanne-VValrabo* & *Ioanne-Friderico*, qui simultaneè etiam Anno 1702. Investituræ renovationem obtinent.

Reckerode in *Brandemburg*.

Hermannus de *Reckerode* investitur Anno 1600. de Feudis in Heringen, & Salmanshausen &c. cum attinentiis, eisque succedunt in iisdem.

Anno 1604. *Caspar-Adolfus* de *Reckerode* in *Brandemburg*.

Anno 1612. *Fridericus-Hermannus*, *Iodocus-Henricus*, *Rabanus*, *Ioannes-Adolfus*, & *Adam-Hemeradus*, relicti minorennes Filii Casparis-Adolfi, sub Tutela.

Anno 1645. *Fridericus-Hermannus* & *Iodocus* de *Reckerode*, Fratres.

Anno 1660. *VVolfgangus-Henricus* de *Reckerode* in *Brandemburg*.

Anno 1678. *Adam-Ludovicus* de *Reckerode*, præcedentis Filius minorennis, sub Tutela *Iodoci* de *Boineburg* quo mortuo succedunt simultaneè,

Anno 1703. *Sophia-Iuliana* de *Reckerode*, & Cognatæ ejus *Anna-Sidonia* de *Reckerode* & *Magdalena* de *Reckerode*, nupta N. *Dieden* in *Furstenstein*; quæ & investituræ renovationem obtinuerunt Anno 1720.

Reiffenberg sive Rieffenberg.

Marsilius de *Reiffenberg* investituram obtinet Anno 1435. Feudi sui in Massenheim, quod ei à *Craftone* de *Sindersbach* obtigit; succedunt in eodem ejus Filii.

Anno 1453. *Ioannes* & *Cuno* de *Reiffenberg*, à quibus postmodum pervenit Anno 1474. in *Adolfum* de *Nassau*. Prob. 428.

Reinfort.

Fridericus de *Reinfort* Provasallus uxoris suæ *Annæ-Margaretæ-Agnetis*, natæ *Ganz* ab *Otsperg* Anno 1655. investitur de Feudo ejus dotali, parte scilicet Villæ Obern-Dornheim cum Jurisdictione & attinentiis. Succedunt in eodem Vid. Gantz ab Otsperg.

Anno 1671. *Ioannes Fridericus* de *Reinfort*.

Anno 1716. *Ferdinandus-Maximilianus-Boleslaus* de *Reinfort*, tam suo, quam Fratrum suorum nomine, scilicet *Mauritii-Caroli-Bertrami*, & *Ioannis-Friderici* de *Reinfort*.

Richenberg.

Ioannes de *Richenberg*, ut sibi Henrici Abbatis gratiam denuò conciliaret, transcribit Anno 1259. Ecclesiæ Fuldensi X. Jugera Vineti sita apud Richenberg, Titulo Feudali imposterum ab eadem tenenda & possidenda. Prob. 427.

Rietesel sive Riedesel in *Eisenbach*.

Castrum Eisenbach, quod, ut antiquum Ecclesiæ Fuldensis Feudum jam pridem tenuerat ac possederat *Rorichius* ab *Eisenbach*, id Anno 1441. pariter recognovit ejus in eodem Successor *Hermannus* de *Riedesel*, cui insuper in meliorationem reliquorum suorum Feudorum contulit Hermannus Abbas, Jus Patronatus Ecclesiæ Vid. Eisenbach. Prob. 429.

Parochialis in Luterbach, ac trium Vicariarum ibidem, additis Villis Lantenhausen, Ilveshausen & Stockhausen, cum Jurisdictione in Schlechtevveg & Salzslirff &c. Succedunt in his omnibus simultaneè per novam investituram.

Anno 1471. *Georgius* & *Hermannus* de *Riedesel*.

Anno 1488. *Hermannus* de *Riedesel*.

Anno 1505. *Hermannus* & *Theodorus* de *Riedesel* Fratres; ex his dum Theodorus Anno 1527. desponsat *Annam* Filiam suam *Ludovico* ab *Hutten*, & *Gudam* alteram suam Filiam *Georgio* de *Boineburg*, constituit unicuique super Fundis suis Feudalibus, de consensu expresso Abbatis Fuldensis, Dotalitium Florenorum mille. Occurrunt deinde interrupta aliquantum serie.

Anno 1576. *Adolfus-Hermannus*, *Georgius*, *Ioannes*, *Rupertus*, & *Conradus*, omnes nati de *Riedesel*.

Anno 1601. *Ioannes* & *Volpertus* de *Riedesel* Fratres, nec non ex eorum Fratre *Conrado* relicti Nepotes *Volpertus*, *Georgius* & *Ioannes* de *Riedesel*.

Anno 1610. *Volpertus* senior, *Georgius* senior, *Volpertus* junior, *Georgius junior* & *Ioannes*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Riedesel*.

Anno 1623. *Volpertus*, *Georgius* senior, *Georgius* junior, & *Ioannes* de *Riedesel*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1641. *Conradus* de *Riedesel* senior, suo, & quondam Georgii senioris Filiorum nomine, *Ioannis* senioris, & *Volperti* senioris.

Hermannus de *Riedesel*, suo & Fratrum suorum *Volperti* & *Ioannis* nomine, post obitum Patris sui Georgii junioris.

Ioannes de *Riedesel*, *Georgius-Volpertus* junior, & *Ioannes-Volpertus* quondam Joannis Filii, sub Tutela *Reinhardi* ab *Eschevve*, & *Ottonis-Hermanni* de *Slitz*. Denique

VVilhelmus-Georgius, quondam *Volperti* de *Riedesel* Filius minorennis, sub Tutela *Iodoci* de *Trott*.

Anno 1666. *Ioannes* de *Riedesel*, *Ioannes* alter, & *Ioannes-Volpertus* quondam Joannis Filii.

VVilhelmus-Georgius quondam Volperti de *Riedesel* Filius; *Volpertus* senior, & *Ioannes*, & *Georgius* quondam *Hermanni* de *Riedesel* Filii.

Volpertus alter, & *Hermannus Adolfus* de *Riedesel*, Conradi quondam Filii.

Georgius senior, & *Hermannus* de *Riedesel*, Fratres, quondam Volperti Filii.

Anno 1679. *Ioannes* de *Riedesel* & *Ioannes-Volpertus*, quondam Joannis Filii.

Volpertus & *Hermannus-Adolfus* de *Riedesel*, quondam Conradi Filii.

Georgius senior, quondam *Ioannis* de *Riedesel* Filius.

Hermannus de *Riedesel*, quondam Volperti Filius.

Georgius de *Riedesel*, quondam Hermanni Filius.

Iodocus-Volpertus, Wilhelmi-Georgii Filius.

Sub his accessit Feudum aliud, nimirum oppidum Lauterbach cum attinentiis &c. Anno 1684. cujus investituram per speciales Litteras impetrare tenentur imposterum omnes.

Anno 1692. *Volpertus* & *Hermannus-Adolfus* de *Riedesel*, iidem qui suprà.

Georgius de *Riedesel* senior, tam suo, quam ex Hermanno de Riedesel relictorum Liberorum nomine, *Ioannis-Georgii*, *Volperti* & *Hermanni*.

Iodocus-Volpertus de *Riedesel*, qui suprà

Adolfus-Hermannus, *Georgius* & *Ioannes-Volpertus* de *Riedesel*, quondam Volperti Filii.

Anno

Anno 1700. *Hermannus-Adolfus* de *Riedesel*, Conradi quondam Filius.

Georgius senior de *Riedesel*, quondam Joannis Filius.

Georgius de *Riedesel*, junior, quondam Joannis Filius.

Hermannus-Fridericus de *Riedesel*, Volperti quondam Filius.

Iodocus-Volpertus de *Riedesel*, Wilhelmi-Georgii quondam Filius.

Adolfus-Hermannus, *Georgius* & *Ioannes Volpertus*, quondam Joannis-Volperti de *Riedesel* Filii, sub Tutela matris suæ *Annæ Sidoniæ*, natæ de *Reckerode*.

Ioannes Georgius, *Ioannes-Volpertus*, & *Hermannus* de *Riedesel*, quondam Hermanni Filii, sub Tutela matris suæ *Iulianæ-Catharinæ* de *Langlen*.

Georgius & *Ioannes-Ludovicus* de *Riedesel* Fratres, Georgii quondam relicti minorennes Liberi, sub Tutela.

Anno 1708. *Georgius* de *Riedesel*, quondam Joannis Filius.

Iodocus-Volpertus de *Riedesel*, Wilhelmi-Georgii Filius.

Adolfus-Hermannus, quondam Joannis-Volperti Filius.

Ioannes-Georgius & *Hermannus*, quondam Hermanni de Riedesel Filii.

Hermannus, *Ioannes* & *Ioannes-Volpertus* de *Riedesel*, quondam Georgii senioris Filii.

Georgius & *Ioannes-Ludovicus* de *Riedesel*, Georgii quondam Filii minorennes, sub Tutela *Friderici-VVilhelmi* Baronis de *Slitz*.

Volpertus-Henricus de *Riedesel*, quondam Hermanni-Friderici minorennis Filius, sub Tutela matris suæ *Ioannæ-Elisabethæ*, natæ de *Buttlar*.

Anno 1715. *Georgius* Baro de *Riedesel*, idem qui suprà, *Jodocus-Volpertus* de *Riedesel*, quondam Wilhelmi-Georgii Filius.

Adolfus-Hermannus de *Riedesel*, qui suprà, tam suo, quam Tutorio nomine pro *Volperto-Friderico*, Friderici-Hermanni quondam minorenni Filio.

Hermannus & *Joannes-Volpertus* de *Riedesel*, quondam Georgii senioris Filii.

Joannes-Georgius & *Hermannus*, quondam Hermanni de *Riedesel* Filii.

Georgius & *Joannes-Ludovicus* de *Riedesel*, qui suprà.

RIEDESEL in *Josbach*.

Eckardus de *Riedesel* in *Josbach* acquirit Anno 1478. solitudinem seu desertum dictum Nordlingen à *Volperto* de *Dreispach*, ac de eo mox investitus, illud trans- Vid. Dreispach.
mittit Anno 1488. in *Joannem* de *Riedesel* Filium suum, quo mortuo Anno 1543. absque prole mascula, Feudum distraxerunt ejus relictæ Filiæ, *Juliana* nupta postmodum *Theodoro* de *Laurbach*, *Helena* nupta *Eberhardo Schenck* de *Svveinsberg*, *Zeitlosa* nupta *Bernardo* de *Hundt*, & *Sibylla* nupta *Joanni Sleyer*.

RIEDT sive RYDE.

Joannes de *Riedt* accipit in Feudum Anno 1396. IV. Jugera sita in Salkenzelle.

II. *Andreas-Iodocus* de *Riedt* per simultaneam investituram unà cum sororibus suis *Maria-Elisabetha*, quondam *Adolfi VVerneri* de *VVangen* relicta vidua; & *Anna-Maria*, quondam *Philippi Gans* ab *Otsperg* relicta vidua succedit Anno 1641. in partem Feudi Nobilium de Prumheim, per obitum matris suæ, quondam *Philippi-VVolfgangi* de *Prumheim* Filiæ, quod Feudum sibi ex integro postmodum acquisivisse videtur prædictus Andreas-Jodocus, quandoquidem solus Investituræ re-

t 2 novatio-

novationem obtinuit Anno 1657. illudque transmisit Anno 1665. in Filios suos, *Iodocum-VVilhelmum-Philippum*, *Gernandum-Philippum*, & *Georgium-Antonium* de *Riedt*, qui insuper Anno 1678. Feudum aliud in Caltebach & Bonemese acquirunt ab *Adamo* de *Harff*. Succedit

Vid. Harff.

Anno 1680. *Ioannes-Henricus VVilhelmus* de *Riedt*, à quo Feudum in Prumheim transiit ad Nobiles à Dalhausen.

Vid. Dalhausen.

Rineck vide Voyt.

Rode.

Prob. 431. Berthous Abbas, Feudum *Rudolfi* de *Rode*, sibi, suæque Ecclesiæ Fuld. apertum, scilicet Aream sitam in Rodhe, cum VI. Agris, contulit in usus Custodiæ Ecclesiæ Collegiatæ in Hunefelt Anno 1282.

II. *Rudolphus* de *Rode* simultaneè cum Filio suo *Apelone* investitur de Prædiis Feudalibus sitis in Rode sub Morsberg Anno 1343. Prob. 432.

III. *Ioanni* de *Rode* confertur Anno 1397. Feudum Castrense in Geysa & aliud in Nova-Curia situm.

IV. *Georgius* de *Rode* accipit in Feudum, Keminatam sitam in Majori-Tasta Anno 1430. Ei succedit Anno 1458. *Hermannus* de *Rode* ejus Frater.

Rodenberg.

Henricus de *Rodenberg* investitur Anno 1399. de Feudo paterno, Villis inferiore & superiore Kunfelt, cum attinentiis &c. in quod Feudum, postquam obiisset absque prole, succedunt Anno 1425. ejus Filiæ 1. *Catharina*, quondam *Ioannis* ab *Eschinvvege* relicta vidua; 2. *Elisabetha* uxor *Hermanni* de *VVindolt*. 3. *Beata*.

Romelshausen.

Ioannes de *Romelshausen* investituram obtinet Anno 1380. Feudi paterni, Prædii scilicet Romulshausen, aliorumque in Rosbach & Lentershasel, quæ simul omnia obtigerunt post ejus obitum Anno 1396. Filiæ ejus *Ildegundæ*, nuptæ *Conrado* de *Aula*.

Vid. Aula.

Romrode sive Romrodt.

Ioannes de *Romrode* acquisitus Anno 1322. in Castrensem in Luterbach pro summa LX. marc. Coloniens. transcripsit Ecclesiæ Fuld. Villam proprietatis suæ Werniches, Titulo Feudali prædicto, deinceps ab eadem Ecclesia tenendam & possidendam.

Succedit in hoc Feudo Anno 1358. *Albertus* de *Romrode*, qui illud postmodum alienasse videtur.

Romrode in *Taffta*.

Henrico de *Romrode* confertur in Feudum Anno 1428. Castrum in Minori-Tasta cum attinentiis &c. Succedunt in eodem

Vid. Tann in Tafta.

Anno 1437. *Conradus* de *Romrode*.

Anno 1440. *Henricus* de *Romrode*.

Anno

Anno 1443. *Conradus* de *Romrode.*

Anno 1450. *Henricus* & *Ioannes* de *Romrode* Fratres.

Anno 1470. *VVitekindus* & *Hermannus* de *Romrode* Fratres, Filii quondam Henrici de Romrode.

Anno 1507. *VVolfgangus* de *Romrode.*

Anno 1541. *Georgius* de *Romrode*, Wolfgangi præcedentis Filius.

Anno 1570. *Ioannes-VVilhelmus*, *Daniel*, & *Iacobus* de *Romrode*, Georgii præcedentis Filii.

Anno 1601. *Ioannes-Georgius* de *Romrode*, quondam Joannis-Wilhelmi Filius.

Romrode in *Buttlar.*

Castrum Buttlar cum suis attinentiis jam olim ab Ecclesia Fuldensi in Feudum tenuerant *Henricus* & *Ioannes* de *Romrode*, à quibus, postquam illud reacquisiisset Anno 1456. *Ioannes* de *Buttlar*, perstitit in hac sua Gente usque ad Annum 1523. quo iterum transiit ad *Melchiorem Hartmannum* & *Ioannem-Georgium* de *Romrode* Agnatos. Vid. Buttlar.

His successerunt

Anno 1536. *Melchior* de *Romrode.*

Anno 1569. *Itelius-Fridericus* de *Romrode*, Melchioris præcedentis Filius.

Anno 1600. *Melchior-Hartmannus* de *Romrode*, Itelii-Friderici Filius.

Denique *Ioannes-Christophorus* de *Romrode* post obitum Melchioris-Hartmanni Patris; qui illud postmodum de consensu Abbatis Fuld. alienavit in favorem *Ioannis* de *Sporck.* Vid. Sporck.

Romrode in *Dipperts.*

Melchior-Christophorus de *Romrode* investitur de Feudo Dipperts, quod Anno 1622. à *Craftone-Christophoro* de *Boineburg* acquisiverat. Succedunt in eodem Vid. Boineburg in Borsa.

Anno 1642. *Melchior-Christophorus* & *Lucas-VVilhelmus* de *Romrode* Fratres.

Anno 1679. *Ioannes-Caspar* de *Romrode* simultaneè cum *Anna Sabina Iuditha* ab *Harstal*, nata de *Romrode* & relictis ex *Melchiore-Christophoro* Liberis.

Anno 1694. *Ioannes-Caspar* & *Lucas-VVilhelmus* de *Romrode*, quondam Melchioris-Christophori Filii.

Romrode in *Holtzheim.*

Reinhardus-Ludovicus, *Rudolfus-Hermannus*, & *VVolfgangus-Laurentius* de *Romrode* Fratres, partem Castri Luder cum attinentiis acquisierunt Anno 1607. à *VVendelino*, *Valentino* & *Philippo-Wigando* de & in *Luder*, de quo Feudo simultaneè investiti, illud ad posteros suos transmiserunt, è quibus occurrit Vid. Luder.

Rudolfus-Wilhelmus de *Romrode*, qui Feudum hoc adeo negligenter habuit, debitisque oneravit, ut post obitum suum, *Aloysius* ejus Filius idem refutaverit, dum Anno 1655. Societatem JEsu ingrederetur, hinc illud ut novum Feudum acquisivit *Caspar* à *Bocholtz*, prius cum debitoribus ratione inita. Vid. Bocholtz.

Rosenbach.

Adam-Hector de *Rosenbach* investituram obtinet Feudi Schacken cum attinen-

 tiis

Vid. Wolff de Karspach. Vid. Eberstein.

tiis Anno 1598. id quod ipsi ex parte matris suæ *Walpurgis* obtigit, provenitque originaliter à Nobilibus de Eberstein. Succedunt in eodem, prout sequitur:

Anno 1605. *Joannes-Conradus*, *Adam-Hector*, & *Ioannes-Theodorus* de *Rosenbach*, Fratres.

Anno 1650. *Ioannes-Theodorus*, *Ioannes-Conradus*, *Franciscus-Rudolfus*, & *Franciscus-Christophorus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Rosenbach*.

Anno 1657. *Ioannes-Hartmannus*, *Ioannes-Conradus*, *Franciscus-Christophorus* & *Franciscus-Rudolfus* de *Rosenbach*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1674. *Ioannes-Hartmannus* ex Decano Herbipolensi creatus Episcopus, tam suo quam Nepotum suorum ex Francisco-Rudolfo de Rosenbach relictorum nomine, scilicet *Philippi-Ludovici*, *Ioannis-Hartmanni*, *Francisci-Alberti*, & *Conradi-Antonii-Philiberti* de *Rosenbach*.

Anno 1716. *Philippus-Ludovicus*, *Franciscus-Albertus*, & *Conrad-Anton-Philibertus* de *Rosenbach* Fratres.

Anno 1718. *Maria-Esther*, nata Comitissa de *Stadian*, quondam Antonii-Conrad-Philiberti de *Rosenbach* relicta vidua, tam suo, quam Liberorum suorum nomine, scilicet *Philippi Ludovici*, *Francisci-Alberti*, *Lotharii-Henrici-Iosephi*, *Francisci-Philippi-Ludovici*, *Ioannes-Philippi*, *Adalberti-Friderici*, *Caroli-Ignatii*, *Antonii*, & *Conradi-Caroli* de *Rosenbach*,

Anno 1720. *Lotharius-Godefridus*, *Ioannes-Philippus*, *Adalbertus-Fridericus*, *Carolus-Ignatius*, *Carolus-Christophorus*, & *Franciscus-Albertus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Rosenbach*.

Rosenberg.

Ioannes de *Rosenberg* investitur Anno 1460. de Feudis, quæ Titulo emptitio ab *Henrico* ab *Ellen* acquisiverat.

Rotenhahn alias Rotenhayn.

Prob. 435.

Verth, *Ludovico* & *Ioanni* de *Rotenhahn* confert Anno 1444. Reinhardus Abbas in Feudum masculinum Jus Patronatus Ecclesiæ Parochialis in Baunach de consensu *Conradi* de *Lauberbach* Præpositi in Holzkirchen, cui ex parte jus hoc competebat.

Vid. Adelibse.

II. *Valentinus-Iulius* de *Rotenhahn* simultaneè cum Fratre suo *Ioanne-Friderico* succedit per investituram, in partem Feudi Richelsheim, quod illis ex obitu matris suæ *Annæ-Christinæ*, natæ ab *Adelibse* Anno 1671. obtigerat. Succedunt in eodem

Anno 1682. *Pancratius-Carolus*, *Ioannes-Christophorus*, *Ioannes-Wilhelmus*, & *Philippus-Albertus* de *Rotenhahn* Fratres; ex his Joannes Wilhelmus, & Philippus-Albertus superstites Anno 1715. Investituræ renovationem obtinuerunt.

Ruckershausen alias Ruckersheim.

Henricus de *Ruckershausen* tam suo, quam Agnati sui nomine, investituram Feudi sui, Jurisdictionis nimirum in Reilshausen, impetrat Anno 1452. Succedunt in eodem Feudo.

Anno 1473. *Helvvicus* de *Ruckershausen* simultaneè cum Fratre suo *Ludovico*.

Anno

Anno 1488. *Ludovicus*, *Ioannes* & *Hermannus* de *Ruckershausen*, Agnati.

Anno 1493. *Ioannes* & *Hermannus* Fratres, eorumque Agnatus *Helvvicus*, omnes de *Ruckershausen*.

Anno 1524. *Helvvicus* de *Ruckershausen*, & ex Hermanno relicti Liberi *Helvvicus*, *Henricus*, *Helfricus* & *Valentinus* de *Ruckershausen*.

Anno 1552. *Valentinus* de *Ruckershausen* suo & Hæredum suorum nomine.

Anno 1559. Valentini præcedentis minorennes Liberi sub Tutela *Ioannis Rolhausen* & *Francisci* à Dalvvig, è quibus

Anno 1573. Solus superstes *Helvvicus* de *Ruckhusen*, quo obeunte absque Liberis, *Dorothea* ejus soror Feudum transtulit Anno 1594. in Familiam *Schvvertzel* de *Willingshausen*. Vid. Schvvertzel.

Ruckus sive Rugkus.

I. *Bertoldus* de *Ruckus* investitur de Prædio quodam in Rode Anno 1353.

II. *Helvvicus* de *Ruckus* accipit Anno 1411. in Feudum V. Hubas in Yffede, Prob. 437. II. Hubas juxta oppidum Crutzburg aliaque Bona ibidem.

Rudekem, sive Rudicheim.

Henrico de *Rudeckem* confertur Anno 1499. Feudum in Berstat, quod fuerat Prob. 438. *Ioannis* de *Ursel*, cujus Filiam duxerat uxorem.

II. *Philippus* de *Rudekem* acquirit Anno 1541. Feudum Castrense in Soden.

Rukingen.

Rudolfum de *Rukingen*, acquisivit Anno 1348. Henricus Abbas in Castrensem Prob. 439. Hæreditarium in Salmunster pro summa Librarum Centum; in cujus restaurum assignavit idem Rudolphus Ecclesiæ Fuldensi Redditus XII. modiorum Frumenti, in Hayn, Titulo Castrensis Feudi imposterum ab ea tenendos & possidendos.

Rulkirchen.

Elisabetha de *Rulkirchen* investitur Anno 1396. de Feudo suo in Bibra. Prob. 440.

Ruppersberg.

Wilhelmus de *Ruppersberg* investituram obtinet Feudi sui in Villa & Jurisdictione Prob. 441. Alsheim juxta Oppenheim Anno 1396.

Rusch.

Ioannes Rusch acquisivit Anno 1390. ab avunculo suo *Ioanne* de *Miltz* Curtem Prob. 442. & Prædia duo in Miltz sita, de consensu Friderici Abbatis, à quo etiam mox prædicta Bona accepit in Feudum masculinum, tam suo, quam Hæredum suorum nomine. Transiit id mox ad Nobiles *Schot* de *Breitensee*. Vid. Schot in Breitensee.

Ruschenbusch.


Henricum & *Conradum* de *Ruschenbusch* Fratres acquisivit Anno 1303. Henricus Abbas in Castrenses Hæreditarios Castri sui Otsperg, assignansque eisdem XX. marcas Den. Coloniens. pro Castrensi Feudo, obligavit eis in pignus Homines de genere dictos Ravvus, Ecclesiæ Fuldensi proprios; donec prædicta summa fuisset exsoluta.

RUSWORM

Rusworm.

Henricus & *Philippus* de *Rusvvorm* Fratres investiuntur Anno 1510. de Feudo in Walks juxta Ketten, quod prius fuerat *Pauli Narbe*. Succedit in eodem postmodum Anno 1623. *Ioannes-Philippus Rusvvorm*, quo obeunte Anno 1650. in varias portiones Feudum distrahitur per uxorum suarum Provasallos *Ioannem-Ottonem* de *Wildungen*, *Ottonem-Hermannum* de *Thann*, *Wolffg.-Hermannum* de *Herda* &c.

S.



Sachsen.

Gozonem de *Sachsen* acquisivit Anno 1379. Conradus Abbas in Castrensem Ar-
Vid. Gassen. cis Giselæ, eique pro Castrensi Feudo donat Curtem sitam ibidem cum attinentiis, quod Feudum prius fuerat *Ioannis* de *Gassen*.

II. *Ioannes* de *Sachsen* Feudum, quod hactenus ab Ecclesia Fuldensi tenebat in Besvves, refutat Anno 1459. de consensu *Elisabethæ* uxoris suæ, in favorem *Bertoldi* de *Merlavv*.

SALEVELT in *Westgrussen*.

Ioannes de *Salevelt* in Westgrussen investitur Anno 1506. de Feudo suo, scilicet III. Hubis in Henningesleiben.

SALTZA.

Hertingus de *Saltza* accipit in Feudum Anno 1385. tria Prædia in Mutzler, super quibus de consensu Friderici Abbatis constituit Anno 1388. *Catharinæ* uxori suæ Dotalitium 200. Florenorum.

II. *Hermannus* & *Henricus* de *Salza* per simultaneam investituram obtinent Anno 1415. quartam partem Villæ Wolfersvvinden cum attinentiis, quod Feudum alienant in favorem Nobilium de Hophgarten Anno 1421.

SCHABE.

Wolpertus Schabe investitur de parte solitudinis seu deserti dicti Nordlingen Anno 1570. quod Feudum transmittit per obitum Anno 1589. in Filium suum *Casparem-Fridericum Schabe*.

SCHACHTEN.

Hermannus & *Conradus* de *Schachten* accipiunt Anno 1396. in Feudum Castrense deserviendum in Arce Biberstein, prædium in Frisenhausen &c.

SCHADE de *Leiboltz*.

Henricus Abbas Castrensi suo *Schade* assignat Anno 1331. in meliorationem Feudi sui in Haselstein V. Jugera tam nemoris quam agrorum ibidem. Postmodum acquisivit idem Henricus Abbas *Henricum Schade* de *Leiboltz* in Castrensem suum Hæreditarium in Fursteneck Anno 1354. Prob. 445. & 446.

II. *Henricus Schade* de *Leiboltz* simultaneè cum Fratre suo & Agnatis investituram obtinet Ædium seu Keminatæ in Leiboltz Anno 1451. quod Feudum ad Posteros transiit hoc ordine:

Anno 1472. Succedunt in eodem Feudo *Otto*, *Ioannes*, *Bernardus*, *Balthasar*, *Caspar* & *Henricus*, omnes respectivè Fratres & Agnati *Schade* de *Leiboltz*.

Anno 1508. *Henricus Schade* de *Leiboltz*, Familiæ suæ senior, *Ioannes* & *Hildeprandus* Fratres & Agnati.

Anno 1531. *Georgius* & *Andreas Schade* de *Leiboltz*, Fratres.

Anno 1562. *Iodocus*, *Wilhelmus* & *Caspar* Fratres simultaneè cum *Craftone* quondam Georgii Filio, omnes nati *Schade* de *Leiboltz*. Ex his Crafto, cui insuper portio Feudi in Dipperts obtigerat Anno 1571. obiens absque Liberis Anno 1575. Feudum in Leiboltz transmisit in Sorores suas, à quibus pars una Feudi in Familiam Romrode, altera in illam de Wulpffen deflexit.

SCHADE in *Nider-Bibra.*

Christophorus Schade in Nider - seu Inferiori-Bibra investituram accipit Anno 1570 Feudi sui ibidem. In quod succedunt

Rupertus Schade, idem, qui Anno 1571. investitus fuerat tanquam Provasallus Conjugis suæ *Cunigundis*, natæ ab *Ebersberg*, de Feudo ejus dotali.

Hermannus-Adolfus Schade, post cujus obitum Anno 1594. absque Liberis, Feudum in Niderbibra transiit per Sorores suas ad Nobiles de Fischborn, & Storndorff.

Vid. Fischborn & Storndorff.

SCHAF.

Fridericus Schaf investitur Anno 1424. de Feudo Paterno scilicet VI. Hubis in Bruheim sitis; eidem succedit Anno 1452. Filius ejus *Hermannus*, qui postmodum obtinuit, ut, si cum absque Liberis mori contingeret, Feudi non alium haberet successorem, quam Agnatum suum *Hermannum* de *Geruvvigeshausen*, quem etiam Reinhardus Abbas per simultaneam investituram de Feudo investivit de præsenti una cum Hermanno Schaf prædicto, ipsoque consentiente, sed cum possessione nuda Anno 1456.

SCHARFENSTEIN sive SCHARPENSTEIN.

Eberhardus de *Scharfenstein*, Provasallus Conjugis suæ, investitur de parte Feudi in Drommersheim, quod huic ex obitu Matris suæ *Euphemiæ* de *Drommersheim* obtigit Anno 1408.

Vid. Drommersheim & Waldegke.

II. *Henricus* de *Scharfenstein* accipit in Feudum LX. Jugera terræ arabilis in Massenheim, quæ *Gyso* de *Wirtheim* in ejus gratiam refutaverat Anno 1424.

III. *Caspar* de *Scharfenstein* investitur de Feudo suo, Curte scilicet & Huba in Balstet, Anno 1453.

SCHAWFUS.

Henricus Schavvfus Castrensis in Alsfeld, Provasallus Conjugis suæ N. natæ de *Romrode*, investituram accipit Anno 1456. Fundi sui dotalis, nimirum Curtis in Neukirchen &c. Succedit in hoc Feudo ejus Filius *Henricus Schavvfus* Anno 1473.

SCHELHORN.

Conradus de *Schelhorn* accipit in Feudum Anno 1440. Curtem in Lichterspach & aliam in Breitspach.

SCHELM de *Bergen.*

Prob. 447. *Siboldus Schelm* de *Bergen* præter alia Feuda, quæ tenebat ac possidebat ab Ecclesia Fuldensi, ipsi etiam Anno 1403. collatum est jus Primissariam conferendi in Parochiali Omestad; hac lege, ut si, ea vacante, de idoneo Presbytero, qui eam rursus deserviat, intra mensem non providerit, Feudum hoc, ut caducum, recideret in prædictam Ecclesiam Fuldensem.

SCHENCK.

SCHENCK de *Salza*.

Apelo & *Guntherus Schenck* de *Salza* inveſtiuntur Anno 1454. de Feudo ſuo, ſcilicet III. Hubis & V. Curtibus in Henningsleiben. Succedit in eodem *Henricus Schenck* de *Salza* ſimultaneè cum Fratre ſuo Anno 1470.

SCHENCK de *Stetelingen*.

Joanni Schenck contulit Anno 1336. Henricus Abbas in meliorationem Caſtrenſis ſui Feudi in Lichtenberg LXXX. Libras Halienſes. Prob. 448.

Ejusdem Feudi renovationem obtinent Anno 1361. *Bertoldus-Petrus* & *Joannes Schenck* de *Stetelingen*, qui etiam ſimultaneè transſcribunt Eccleſiæ Fuldenſi portionem ſuam Caſtri Rorsrit, ab eadem deinceps in Feudum tenendam ac poſſidendam.

SCHENCK de *Svveinsberg*.

Hermannum Schenck de *Svveinsberg* acquiſivit Anno 1344. Henricus Abbas in Caſtrenſem Hæreditarium Arcis ſuæ Herberſtein, eidemque aſſignavit pro Caſtrenſi Feudo VI. Lib. Hallenſ. annui Redditus ſuper precaria Oppidi Herberſtein. Prob. 449.

II. *Guntrammus Schenck* de *Svveinsberg* ſuccedit Anno 1461. per inveſtituram, in partem Feudi, quod fuerat *Hermanni Weis* de *Feuerbach*, ſcilicet Jus Patronatus in Dorheim &c.

III. *Joanni Schenck* de *Svveinsberg* ſuisque deſcendentibus maſculis conſtituit Anno 1489. Joannes Abbas, VIII. Florenos annui Redditus in Feudum, usque dum ipſi ſumma Florenorum centum fuiſſet exſoluta, in ſimiles redditus convertenda. Prob. 451.

IV. *Joannes-Georgius Schenck* de *Svveinsberg*, Provaſallus Conjugis ſuæ *Annæ-Catharinæ*, natæ à *Dornberg*, inveſtitur Anno 1608. de Feudo ejus dotali, parte ſcilicet Decimæ in Hauſen &c.

V. *Wolfgangus-Chriſtophorus*, *Fridericus-Ludovicus* & *Wilhelmus-Burchardus Schenck* de *Svveinsberg* ſimultaneè inveſtiuntur Anno 1694. de Bonis Feudalibus juxta Buchenavv.

Ex his Wolfgangus-Chriſtophorus Inveſtituræ renovationem obtinet Anno 1716. & 1719. tam ſuo, quam ſuorum ex Friderico-Ludovico Fratre, relictorum Nepotum nomine, ſcilicet *Joannis*, *Caroli*, *Friderici* & *Wilhelmi Schenck* de *Svveinsberg*.

SCHENCK de *Svveinsberg* in *Hermanſtein*.

Wilhelmus-Burchardus Schenck de *Svveinsberg* vigore cujusdam permutationis cum Placido Abbate Fuld. initæ Anno 1680. inveſtitur de Curte in Berſtat, Bommerscheim, aliisque Bonis in Weteravia, quod Feudum transmiſit per obitum Anno 1696. in Filios ſuos *Joannem Rudolfum*, *Wolfgangum-Carolum*, *Joannem-Danielem*, *Henricum-Chriſtoph* & *Georgium-Itelium*: ex his Henricus-Chriſtophorus ſolus ſuperſtes Anno 1716. Inveſtituræ renovationem impetravit ſub hac favorabili clauſula, quod ſi eum mori contingeret absque Liberis, *Wolfgangum-Chriſtophorum Schenck*

Schenck, de quo in præcedenti Articulo egimus, una cum relictis ex *Friderico-Ludovico Schenck* quatuor Liberis haberet in hoc suo Feudo sibi successores.

Schenckewalt.

Prob. 452. *Henricus* & *Gozo* de *Schenckevvalt* Fratres, Feudum Castrense, quod hactenus tenebant ac possidebant ab Ecclesia Fuldensi, eidem vendunt Anno 1319.

II. Aliud insuper Feudum suum in monte Kornberg alienavit prædictus *Gozo* de *Schenckevvalt* in favorem Ecclesiæ Collegiatæ in Hunefelt Anno 1325.

Prob. 453. III. *Henricus* de *Schenckevvalt* investitur Anno 1385. de Feudo suo, Curte scilicet in Standorff cum attinentiis, id quod Anno 1388. *Joanni* de *Romrod* divendidit, reservata sibi reluitione ejusdem.

Vid. Bibra in Mellerstat. IV. *Simon* de *Schenckevvalt* de consensu Abbatis Fuld. refutat in favorem Nobilium de *Bibra* in *Mellerstad* Anno 1511. Fundos suos Feudales in Makencell, Grosspach & Mosbach.

Schleiffras in *Reichloffs*.

Georgius-Lucas de *Schleiffras* accipit in Feudum Anno 1661. Ædes in Oppido Fulda.

Vid. Fechenbach. II. *Joannes Martinus-Ludovicus* de *Schleiffras* investitur Anno 1706. de Keminata in Salmunster, quod Feudum à *Joanne-Godefrido* de *Fechenbach* acquisiverat.

Schneberg sive Sneberg.

Prob. 454. *Ioanni* de *Schneberg* contulit Anno 1350. Henricus Abbas VI. Libr. Hallens. annui redditus super precaria Oppidi Fulda, pro Castrensi Feudo perpetuis temporibus deserviendo in Keminata Gersfeld, quæ Ecclesiæ Fuldensi ad omnes suas necessitates semper debebit esse aperta. Successit postmodum in hoc Feudo ad Annum 1425. *Wilhelmus* de *Schneberg*.

Schowenburg.

Henricum & *Eberhardum* de *Schovvenburg* Fratres acquisivit Anno 1287. Marquardus II. Abbas in Castrenses suos Hæreditarios Arcis suæ Saleck assignatis eisdem pro Castrensi Feudo IV. Karratis vini de Curia sua in Hamelburg, annui Redditus.

Schot sive Scot in *Breitensee*.

Vid. Rusch. *Martinus Schot* investitur Anno 1391. de Curte & duobus Prædiis in Miltz &c. quod Feudum à *Ioanne Rusch* acquisitum transmisit in posteros suos hoc successionis ordine:

Anno 1438. Investituræ renovationem obtinent ejus Filii *Wilhelmus* & *Engelhardus Schot*.

Anno 1446. *Henricus Schot*.

Vid. Sternberg in Kallenberg. Anno 1450. *Engelhardus Schot*. Alienavit is Anno 1468. de consensu Abbatis Fuld. Feudum suum prædictum in favorem Nobilium de *Sternberg*, retento sibi

alio

alio Feudo Curte nimirum in Breitenseè cum attinentiis, in quod successerunt.

Anno 1473. *Henricus Scot* Engelhardi hujus Filius.

Anno 1487. *Wolfgangus* & *Mauritius Scot*, Fratres.

Anno 1514. *Wolfgangus Scot*.

Anno 1534. *Stephanus Scot*, Wolfgangi præcedentis Filius, quo obeunte Anno 1554. absque prole, Feudum per Sororem suam transiit in Familiam Obernitz. Vid. Obernitz.

Schot in *Eigelsdorf*.

Valentinus Scot, quondam *Henrici Scot* Filius, investitur Anno 1514. una cum Sororibus suis de Feudo in Miltz, quod illis ex obitu matris suæ *Margaretæ*, natæ *Truchses*, obtigerat. Succedunt in eodem

Anno 1534. *Ioannes Schot*.

Anno 1555. *Ioannes-Henricus Schot*.

Anno 1559. *Christophorus-David Schot*, præcedentis Filius, sub Tutela *Sebastiani Diemar* & *Christophori ab Ostheim*, quo absque Liberis mortuo Anno 1584. Feudum transiit ad Agnatos suos proximiores.

Schrass de *Ulversheim*.

Henricum Schrass de *Ulversheim* acquisivit Anno 1350. Henricus Abbas in Castrensem Arcis suæ Novæ-Curiæ vulgo Nevvhof. Assignavitque eidem pro Castrensi Feudo VI. Libras Denar. Fuldens. annui Redditus super Celleraria ibidem.

II. *Henricus Schrass* de *Ulversheim* accipit in Feudum Anno 1406. X. Jugera tam pratorum quam agrorum in marca Rudelsheim.

Schrimph.

Henricum Schrimph acquisivit Anno 1350. Henricus Abbas in Castrensem suum Hæreditarium in Salzungen assignavitque eidem VI. Libr. Hallens. annui Redditus super precaria sua ibidem.

Aliud insuper huic Henrico Feudum masculinum fuerat in Urdorf, quod Prob. 456. postquam ipsi Anno 1363. fuisset appropriatum, ipse conjuncta manu Filii sui *Gozonis* obtulit Ecclesiæ Fuldensi in restaurum tria proprietatis suæ Prædia in Oppach, ab eadem Ecclesia imposterum in Feudum recipienda & possidenda.

Schrottenberg.

Wolfgangus-Philippus de *Schrottenberg* Feudum dotale Conjugis suæ *Sophiæ-Julianæ*, natæ ab *Ertal*, nimirum portionem Villæ Platz, de consensu Abbatis Fuld. commutat, assignatque in restaurum Curtem suam Liberam in Villa Svveinbach, ab Ecclesia Fuldensi deinceps recipiendam in Feudum Anno 1696. cujus Investituræ renovationem etiam Anno 1702. impetrat. Vid. Schoenborn Comites.

Schub.

Conradum Schub acquisivit Anno 1376. Conradus Abbas in Castrensem suum Hæreditarium in Salmunster, assignatis eidem VI. Libris Hallens. annui Redditus super precaria ibidem, pro Castrensi Feudo.

SCHWERTZEL in *Willingshausen.*

Vid. Ruckershausen. *Ioannes Schvvertzel* in *Willingshausen* Provasallus Liberorum suorum ex Conjuge sua *Dorothea*, nata de *Ruckershausen*, susceptorum, investitur de Feudo ejus dotali, Jurisdictione scilicet in Reilshausen &c. postmodum Investituræ renovationem obtinent ipsimet ejus Filii.

Anno 1608. *Georgius* & *Ioannes Schvvertzel*, Fratres.

Anno 1645. *Georgius Schvvertzel.*

Anno 1688. *Ioannes-Bernardus Schvvertzel* in *Willingshausen* tam suo, quam Fratrum suorum *Ioannis* & *Georgii-Friderici*, nomine. Ex his

Anno 1701. & 1715. Investituræ renovationem impetrant superstites Joannes-Bernardus & Joannes Schvvertzel in Willingshausen.

SELBOLD.

Prob. 457. *Conradus* à *Selbold* investitur de Feudo Castrensi deserviendo in Stolzenberg, duobus scilicet prædiis juxta Soden sitis. Anno 1396. Eidem succedit

Anno 1429. Ejus Filius *Henricus* à *Selbold.*

SELGENSTAT.

Volradus de *Selgenstat* investituram accipit Anno 1396. Feudi Paterni, quod est Castrense deserviendum in Bingenheim.

SELL.

Augustus-Ludovicus de *Sell* investitur de portione Villæ Bisses &c., quod Feudum à Nobilibus de *Uttenrode* acquisiverat Anno 1710.

SIBELEYBEN.

Dieterico de *Sibeleyben* concessum fuit Anno 1386. alienare in favorem Ecclesiæ collegiatæ in Eisenach VI. marcas annui redditus super Villa Husen; in cujus Feudi masculini restaurum obtulit Ecclesiæ Fuldensi IIII. suæ proprietatis Hubas sitas in Guntersleyben, à prædicta Ecclesia titulo Feudali imposterum tenendas & possidendas.

SINNE.

Prob. 458. *Conradus* de *Sinne* accipit in Feudum Anno 1396. medietatem Curtis in Ulrichshausen & Advocatiæ in Langenavv.

SINTRAM.

Prob. 459. *Henricum Sintram* acquisivit Anno 1341. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium Arcis suæ Fischberg, eidemque se obligavit in summam LX. Librarum Hallens. pro Castrensi Feudo.

SLAT-

Slatheim.

Berthous de *Slatheim* tenuerat hactenus ab Ecclesia Fuldensi in Feudum Decimationem in Villa Vollestede; ea postquam Anno 1255. Monasterio Volkenrode fuisset appropriata, assignati sunt prædictæ Ecclesiæ in compensationem duo mansi in Kirchheiligen & Meestede. Prob. 460.

Sletten sive Sleyten & Sleten.

Godefridum de *Sletten* acquisivit Anno 1348. Henricus Abbas in Castrensem suum Arcis Saleck, eique pro Castrensi Feudo donavit summam Librarum Centum, in cujus remunerationem obtulit dictus Godefridus Ecclesiæ Fuldensi tria proprietatis suæ Prædia in Bœcklar, titulo Feudali imposterum possidenda. Prob. 461.

Successit in eodem Feudo *Wilhelmus* de *Sletten* Anno 1378. cui aliud insuper Castrense Feudum ibidem resignavit *Wilhelmus* de *Maspach* Anno 1381. de consensu Abbatis Fuldensis. Vid. Maspach.

Wolframmus de *Sletten*, Provasallus Conjugis suæ *Amaliæ*, Filiæ quondam *Henrici* de *Kuchemeister* ex *Magdalena* ab *Hutten*, investitur Anno 1530. de Feudo ejus dotali, Curte nimirum dicta Engelburck; in qua succedunt

Anno 1566. *Reinhardus*, *Joannes-Martinus*, & *Joannes-Christophorus* de *Sletten* Fratres.

Sleitsberg.

Henricus de *Sleitsberg* accepit Anno 1398. in Feudum munitiones in Mutzlar, & Feudum Castrense in Geysa. Succedunt in iisdem Prob. 464.

Anno 1406. *Henricus* & *Henricus* de *Sleitsberg*, Fratres, qui Feudum in Geysa alienant postmodum in favorem Cœnobii Sanctimonialium in Blanckenavv. Illud vero in Mutzlar post obitum *Friderici* de *Sleitzberg* transiit cum ejus Filia *Elisabetha* ad Nobiles de Wildungen. Vid. Wildungen.

Slitz dicti *Gœrtz*, olim Slitese.

Hermannus & *Fridericus* de *Slitz* Fundos suos Feudales quos in Villa Stacken tenebant & possidebant ab Ecclesia Fuldensi, contulerunt circa Annum 1269. ad Opus & Constructionem Cœnobii Sanctimonialium in Blankenavv. Prob. 465.

II. Alia hujus Nobilis Gentis Feuda fuêre antiquitus; nimirum Villa Mose, quam cum suis attinentiis tenebat ineunte sæculo XIII. *Simon* de *Slitz*; tum Bona quædam in Treisbach & Hartershausen, quæ de consensu Henrici Abbatis *Waltherus* de *Slitz* alienavit Anno 1311. in favorem *Waltheri* de *Liebsberg*. Illud omnium est præcipuum, quod etiamnum subsistit, scilicet Castrum & Oppidum Slitz cum Jurisdictione & attinentiis &c. ea enim simul omnia *Simon* de *Slitz* tanquam natu-major seu senior, tam suo, quam suorum Ganerbiorum nomine suscepit Anno 1439. ab Ecclesia Fuldensi in Feudum masculinum hæreditarium, in quo etiam successerunt per Investituram Posteri ejus hoc ordine. Prob. 469.

Anno 1453. *Simon* de *Slitz* dictus *Langore*, Gentis suæ senior.

Anno 1458. *Otto* de *Slitz*, pariter senior seu natu-major, quemadmodum

Anno 1473. *Constantinus* de *Slitz*. Huic insuper contulit Anno 1480. Joannes

Vid. Sparvvasser & Prob. 470. Vid. Dermbach N. II. nes II. Abbas, Feudum Castrense in Bruckenavv, sibi suæque Ecclesiæ apertum ex obitu *Friderici Sparvvasser*, quod Feudum etiam Posteris suis confirmatum tandem transiit Anno 1592. titulo emptitio ad Nobiles à *Dermbach*.

Anno 1494. *Simon* & *Ludovicus* de *Slitz*, Fratres.

Anno 1505. *Constantinus*, *Wernherus*, *Simon* & *Fridericus* de *Slitz* respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1560. *Eustachius* de *Slitz* Natu major, nomine omnium. Huic Anno 1563. etiam in Feudum masculinum concessum est Jus Patronatus Ecclesiæ Parochialis in Slitz, quod cum aliis Feudis continuat.

Anno 1570. *Joannes* de *Slitz*, natu-major, suo & *Eustachii* Fratris sui, Agnatorumque suorum *Joannis-Henrici* & *Ludovici* nomine.

Anno 1598. *Wilhelmus-Balthasar* & *Joannes-Eustachius* de *Slitz*, Fratres.

Anno 1610. *Wilhelmus-Balthasar* de *Slitz* idem qui suprà, & ex Fratre suo Joanne-Eustachio relicti Liberi.

Anno 1639. *Joannes-Volpertus*, *Otto-Hermannus*, *Georgius-Sitticus* & *Joannes-Christophorus* de *Slitz*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1673. *Joannes-Volpertus*, *Georgius-Sitticus*, *Philippus-Fridericus* & *Georgius-Ludovicus-Sitticus* de *Slitz*, Fratres & Agnati.

Anno 1677. *Georgius Sitticus*, *Philippus-Fridericus*, & *Georgius-Ludovicus-Sitticus*, nec non *Joannes* & *Joannes-VVilhelmus*, respectivè Fratres & Agnati de *Slitz*.

Anno 1696. *Ioannes* Baro de *Slitz*, Familiæ suæ natu-major, simultaneè cum Fratre suo *Friderico-VVilhelmo*, nec non quondam *Georgii-Ludovici Sittici*, & *Philippi-Friderici* relictis minorennibus Liberis omnibus natis de Slitz.

Anno 1699. *Fridericus-VVilhelmus* natu major, *Gustavus-Fridericus*, *Otto-Fridericus*, *Georgius-Henricus*, *Ioannes-Volpertus*, *Philippus-VVilhelmus*, *VVilhelmus-Balthasar-Eustachius*, *Simon-Ludovicus*, *Ioannes-Gotlibus* omnes respectivè Fratres & Agnati de *Slitz*. Decolatus.

Anno 1716. *Fridericus-VVilhelmus*, *VVilhelmus-Balthasar*, *Otto-Fridericus*, & *Georgius-Henricus*, respectivè Fratres & Agnati de *Slitz*.

Slitz dicti de *Hohenberg*.

Simoni de Slitz dicto *Hohenberg* contulit Anno 1369. in Feudum Henricus Abbas Piscariam, quæ sibi ex obitu *Ortuvvini* de *Gelnhausen* fuerat aperta. Prob. 468. & 467.

Idem Simon constituit de consensu Abbatis Fuld. Conjugi suæ *Agneti* Dotalitium super Curte sua Feudali in Slitz.

Slochter sive Sluchter.

Huic Genti Nobili melioratum fuit Anno 1381. Feudum Castrense, quod possidebat in Stolzenberg deserviendum: accessit & aliud in Salmunster, tum Keminata in Soden, Decima in Alda &c. quorum omnium Investituræ Renovationem obtinuit *Georgius* de *Sluchter* Anno 1442. & super iisdem constituit Anno 1460. uxori suæ *Margaretæ* natæ, ab *Asthausen*, Dotalitium 1100. Flor. de consensu Abbatis Fuld. Prob. 471.

Anno 1480. Successit in prædictis Feudis *Ioannis* de *Sluchter* ac post ipsum *Geor-*

Georgius de *Sluchter*, à quo Feudum Castrense in Salmunster transiit ad Nobiles ab *Hutten* in *Stolzenberg* Anno 1532.

SLUTURSDORFF.

Hermannus de *Slutursdorff* tam suo, quam Agnatorum suorum nomine, postulat investiri Anno 1392. de Feudis suis masculinis in Wanrode, & Meckelsdorff. Prob. 472.

SPALA, SPALN & SPAYL.

Simoni de *Spala* concessum est Anno 1370. alienare in favorem Nobilium de Bienbach Feudum suum paternum, Curtem scilicet cum area, in cujus restaurum assignavit Hubam proprietatis suæ in Kalba, imposterum tenendam & possidendam Titulo Castrensis Feudi, deserviendi in Nevvhoff. Prob. 473.

II. *Hermannus* de *Spala* post obitum *Rudolfi* de *Bleichenbach* obtinet Anno 1430. ab Abbate Fuldensi, tanquam à Domino directo Feudum suum, scilicet tertiam partem Decimæ in Heiden, &c. quam parentes ejus habebant in subfeudum à prædicto Rudolfo.

III. *Fridericus* de *Spala* renovationem Feudi sui Castrensis in Soden, ac Curtis in Inferiori-Marborn, impetrat Anno 1452. Succedit in iisdem Bonis Feudalibus Anno 1486. *Joannes* de *Spala*, qui ea per obitum suum transmisit in minorennes Liberos suos sub Tutela *Ruperti* de *Buches* Anno 1496.

SPARVVASSER.

Fridericum Sparvvasser acquisivit Anno 1336. Henricus Abbas in Castrensem Hæreditarium Arcis suæ Biberstein, una cum *Craftone* de *Rasdorff*; eisque assignavit pro Castrensi Feudo C. & XX Libras Hallens. Prob. 425.

II. *Bartholomæus Sparvvasser* investitur Anno 1420. de Feudo suo Castrensi in Bruckenavv, illudque transmittit Anno 1436. in Filium suum *Martinum Sparvvasser*, à quo ad *Fridericum Sparvvasser* devenit Anno 1453. Verum hoc obeunte absque prole mascula Anno 1480. Feudum, ut apertum, sub suam redegit potestatem Joannes II. Abbas, illudque contulit *Constantino* de *Slitz* Mareschalco suo. Vid. Slitz.

SPECHSHART olim SPEKSER.

Matthias Spechshart accipit Anno 1447. investituram Villæ Gerthausen cum attinentiis, in quo Feudo succedunt:

Anno 1477. *Balthasar Spechshart.*

Anno 1490. *Ioannes Spechshart*, quondam Balthasaris Filius.

Anno 1536. *Georgius Spechshart*, quo obeunte Anno 1568. absque prole mascula, Feudum per quatuor Filias suas *Catharinam*, *Barbaram*, *Margaretam* & *Annam* in diversas Familias transiit; Notanter in illam de Reckerode per Margaretam Spechsart. Vid. Reckerode.

SPECHT de *Bubenheim.*

Ioannes & *Theodorus Specht* de *Bubenheim* simultaneè investiuntur de cunctis Bonis suis Feudalibus in Svvalheim.

II. *Kunigunda* relicta *Philippi Specht* de *Bubenheim* Vidua accipit Anno 1561. per Provaſallum ſuum *Ioachimum* de *Morle* inveſtituram Feudi ſui dotalis, poſt obitum Fratrum ſuorum *Ioannis* & *Georgii* ab *Ebersberg*. Succedunt in hoc Feudo Anno 1598. ejus Filii *Philippus-VVilhelmus* & *Ioannes-Euſtachius Specht* de *Bubenheim*, qui illud poſtmodum Anno 1611. transferunt iterum in Nobiles de Ebersberg, pro certa quantitate pecuniæ, & hoc de conſenſu Abbatis Fuld.

SPEDT de *Prillingen.*

Vid. Sterphrides & Thann in Romersgehaug.

Iodocus Spedt, & uxor ejus *Cunigundis* per ſimultaneam inveſtituram obtinent Anno 1569. Feudum Romersgehaug cum attinentiis, quemadmodum illud à Nobilibus de *Sterphrides* acquiſiverant. Tranſiit id poſtmodum ad Familiam de *Thann.*

SPIGEL.

Rorichius Spigel accipit in Feudum maſculinum Anno 1421. duas Hubas in Dipprecht & unam in Bromcelle. Ei ſuccedit Anno 1444. ejus Filius *Hartradus Spigel.*

SPORCK.

Vid. Romrode & Kœtſchau.

Ioannes de *Sporck* inveſtituram accipit Anno 1639. Caſtri Buttlar cum attinentiis, quod Feudum poſtquam à *Ioanne-Chriſtophoro* de *Romrodt* acquiſiviſſet, iterum alienavit de conſenſu Abbatis Fuld. in Favorem *Ioannis-Rudolfi* de *Kœtſchau* Anno 1650.

SPUZTNAS ſive SPIZNAS.

Hertnidus Sputznas accipit in Feudum Anno 1491. XI. Hubas in Campis Villæ Sconerſtet. Succedunt in eodem Feudo

Anno 1496. *Martinus Sputznas.*

Anno 1508. *Albertus Sputznas.*

Anno 1514. *Nicolaus*, *Criſtianus*, & *Ioannes Sputznas* Fratres, ſimultaneè cum Sororibus ſuis *Eliſabetha*, *Margareta*, *Catharina* & *Magdalena.*

Anno 1599. *Ioannes-Henricus Sputznas*, & Martha quondam *Georgii Sputznas* relicta minorennis Filia ſub Tutela. Ex his Joannes-Henricus Inveſtituræ renovationem pro ſe ſolo obtinet Anno 1610.

STEIN.

Prob. 475.

Sigifridum de *Stein* acquiſivit Anno 1342. Henricus Abbas in Caſtrenſem Hæreditarium Arcis ſuæ Lichtemberg, eidemque donavit pro Caſtrenſi Feudo Centum Libras Hallenſ. E contra obligavit ſe idem Sigifridus in aperturam partis ſuæ Caſtri Baſtheim, ad quaſcumque Eccleſiæ Fuldenſis neceſſitates.

II. *Wezelo* & *Henricus* de *Stein* pariter acquiſiti Anno 1368. in Caſtrenſes Hæreditarios, ſed in Arce Gerſtungen pro ſumma Centum Librar. Hallenſ. transmittunt Feudum hoc in Fratres ſuos juniores *Wezelonem* & *Theodoricum* de *Stein* de conſenſu Abbatis Fuld. Anno 1381. à quibus pervenit Anno 1396. ad *Henricum* de *Stein.*

Stein in *Altenstein*.

Vitus de *Stein* in *Altenstein*, Provasallus Conjugis suæ *Scholasticæ*, quondam *Sebastiani* de *Fulbach* Filiæ, investitur de Feudo ejus dotali, parte scilicet Curtis in Ramingen &c Succedunt ejusdem Filii

Anno 1604. *Caspar* & *Ioannes-Georgius* de *Stein* in *Altenstein*.

II. *Wilhelmus* de *Stein* in *Altenstein* accipit Anno 1551. Feudum, quod fuerat prius Pancratii de Tungen, cujus erat ex Sorore Nepos.

III. *Alexandro* de *Stein* in *Altenstein* concessa est Anno 1584. in Feudum Curtis in Miltz.

Stein in *Nordheim*.

Caspar de *Stein* in *Nordheim*, simultaneè cum Liberis quondam *Casparis-Wilhelmi* de *Stein*, ex *Maria-Salome* Conjuge sua, nata *Voyt* de *Saltzburg*, procreatis, investituram obtinet Feudi in Sontheim, quod ab *Adamo* de Bastheim fuerat acquisitum Anno 1627. Succedunt in eodem Feudo Vid. Bastheim.

Anno 1641. *Georgius-VVilhelmus*, *Caspar*, *Ditericus*, *Henricus-Christophorus*, *Carolus*, *Laurentius*, & *Ludovicus*, omnes respectivè Fratres & Agnati de Stein. Transit postmodum hoc Feudum ad Nobiles de *Gebsattel*. Vid. Gebsattel.

Stein in *Sondheim*.

Philippus de *Stein* in *Sondheim* Uxorem duxerat *Scholasticam*, quondam *VVilhelmi* de *Herbilstat* Filiam quæ Anno 1527. post ejus obitum investituram accepit Feudi sui dotalis, Curtis scilicet in Ramnungen &c. in quo Feudo primum succedunt ejus Filii. Vid. Fulbach.

Anno 1537. *Mauritius* & *Hartuvicus* de *Stein* Fratres, ex quibus Anno 1557. superstes Mauritius integrum Feudum transmisit obiens Anno 1561. in Liberos suos minorennes *Ioannem* & *Christophorum* de *Stein*, sub Tutela *Sebastiani* de *Fulbach* & *Christophori* ab *Ostheim*.

Anno 1587. *Ioannes* de *Stein* in *Sontheim* successit in defuncti Fratris sui Christophori portionem, quam una cum sua dereliquit Anno 1589. minorennibus Filiis suis *Mauritio-Burchardo*, *Valentino-Philippo*, & *Christophoro-Ludovico*, sub Tutela *Casparis* de *Stein* in *Nordheim*.

Ex his Investituræ renovationem solus obtinuit *Mauritius-Burchardus* de *Stein* in *Sondheim* Anno 1600. per cujus Filiam *Annam-Sophiam* Feudum hoc transiit in Familiam de *Bastheim*. Vid. Bastheim.

Stein in *Nordheim*, in *Ostheim*, in *Ostheim* super *Nordheim*, & in *Ostheim* super *Wolkershausen*.

A privatis, ad generalia Feuda procedimus, quæ Nobilis hæc Gens, in plures Stirpes divisa, simultaneè etiamnum possidet ab Ecclesia Fuldensi, tam in Baunach, Breitspach, Rappertshausen, quam & aliis Locis, in quæ successisse reperiuntur hoc ordine:

Anno 1424. *Siffridus*, *Fridericus*, *Henricus*, *Erardus* & *Ioannes*, omnes respectivè Fratres & Agnati de *Stein*.

Anno 1492. *Ioannes* de *Stein* in *Nordheim* Natu-major suo, Agnatorumque suorum *Eucharii*, *Hertnidi*, *Friderici*, *Christophori*, *Philippi*, & *Philippi* de *Stein* nomine.

Anno 1509. *Eucharius* de *Stein*, senior seu natu-major nomine omnium.

Anno 1527. *Philippus* de *Stein* in *Northeim* suo, Agnatorumque suorum & Filii sui nomine, scilicet *Christophori*, *Siffridi*, *Mauritii*, *Hartnidi*, *Casparis* & *Valentini* de *Stein*.

Anno 1539. *Siffridus* de *Stein* in *VVolckershausen* natu-major, necnon *Mauritius*, *Hartnidus*, *Caspar* & *Valentinus*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1543. *Mauritius* de *Stein* in *Ostheim* senior seu natu-major, & Frater ejus *Hartnidus*, tum & Agnati eorum *Valentinus-Philippus* & *Adolfus*.

Anno 1551. *Mauritius* de *Stein* in *Ostheim*, qui suprà *Hertnidus*, *Valentinus*, *Philippus*, *Adolfus*, *Ioannes*, *Philippus-Caspar* & *Ioannes*, respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1568. *Valentinus* de *Stein* in *Nordheim* suo, Agnatorumque suorum & Filii sui nomine, scilicet *Philippi*, *Adolfi*, *Ioannis*, *Casparis* & *Christophori*.

Anno 1587. *Ioannes*, *Caspar*, *VVilhelmus*, *Ioannes-Otto-Henricus*, *Martinus-Burchardus* & *Valentinus-Philippus*, omnes de *Stein* respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1589. *Caspar* de *Stein*, tum *Ioannes*, *Caspar-VVilhelmus* & *Otto-Henricus*, quondam *Philippi* de *Stein* Filii. Ac insimul *Mauritius-Burchardus*, *Valentinus-Philippus*, & *Christophorus-Ludovicus*, quondam *Ioannis* de *Stein* Filii. Omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1622. *Caspar* de *Stein*, suo & suorum ex Caspare-Wilhelmo relictorum Agnatorum nomine, scilicet *Ioannis-Philippi*, *Ioannis-Adami*, *Casparis-Georgii*, *Georgii-VVilhelmi* & *Henrici-Philippi* de *Stein*.

Anno 1641. *Georgius-VVilhelmus* de *Stein* in *VVolkershausen* natu-major, nec non Agnati ejus *Caspar*, *Theodorus*, *Henricus-Christophorus*, *Carolus*, *Laurentius* & *Ludovicus* quondam *Casparis* de *Stein* Filii.

Anno 1661. *Theodorus* de *Stein* in *Ostheim* super *Nordheim*, suo & ex Georgio-Wilhelmo de Stein Liberorum nomine, scilicet *Georgii-Christiani*, *Casparis-Ottonis*, *Friderici-Siffridi*, *Christophori-Ernesti* & *Hartmanni*.

Anno 1679. *Theodorus* de *Stein* & Fratres ejus *Henricus-Christophorus*, *Bernardus* & *Ludovicus*. Tum & *Erdmannus* & *Carolus* quondam Caroli de Stein relicti minorennes Liberi, ac denique etiam reliqui Agnati *Georgius-Christianus*, *Caspar-Otto*, *Fridericus-Sigifridus*, *Christophorus-Ernestus*, & *Hartmannus*.

Anno 1693. *Ludovicus* de *Stein* in *Ostheim* super *Nordheim* & Agnati ejus *Erdmannus*, *Carolus*, *Caspar* & *Fridericus-Augustus* de *Stein* in *Nordheim*. Necnon *Caspar-Otto*, *Fridericus-Sigifridus* & *Christophorus-Ernestus* de *Stein* in *Ostheim* super *VVolkershausen*.

Anno 1695. *Caspar-Otto*, de quo mox, una cum reliquis tam Fratribus quam Agnatis suis post obitum Ludovici de Stein prædicti.

Anno 1705. *Erdmannus* Baro de *Stein* in *Ostheim* super *Volckershausen*, nec non *Fridericus-Sigifridus Caspar*, *Fridericus-Augustus* & *Carolus*, omnes respectivè Fratres & Agnati.

Anno 1715. *Erdmannus* Baro de *Stein*, idem qui suprà, & ejus respectivè Fratres & Agnati, *Carolus*, *Fridericus-Augustus*, nec non relictus ex *Caspare* de *Stein* Filius, *Ioannes-Philippus-Ernestus* de *Stein*.

STEI-

STEINAU sive STEINOWE dicti STEINRUCKE.

Post commissum atrox facinus in Berthoum Abbatem Anno 1271. Nobilis hæc Gens Bonis suis Feudalibus exuta, diu in exteris Regionibus delituit, donec tandem Ecclesiæ Fuldensi reconciliata, novam sibi sedem fixit in Boppenhausen circa Annum 1327. quo *Traboto* & *Henricus* de *Steinavv* Fratres transscribunt Ecclesiæ Fuldensi prædictæ, super Bonis suis propriis quisque X. Libras Annui Redditus, quibus addente Henrico Abbate VI. hujusmodi Libras, ordinatum fuit, ut *Gyso* de *Steinavv* Trabotonis Filius suique Hæredes haberent & tenerent imposterum pro Castrensi Feudo deserviendo in Lichtenberg conjunctam illam summam Librarum XVI. quemadmodum *Henricus* de *Steinau* Henrici Filius, ejusque posteri, similem pro Castrensi Feudo deserviendo in Biberstein: sæpedictos autem Trabotonem & Henricum de Steinavv, eorumque Posteros, in Curte seu ædibus suis in Boppenhausen protegeret Ecclesia Fuldensis adversus quoscumque, hac lege, ut & ipsi vice versa more Clientum operam suam & servitia eidem præstarent, nec unquam has ædes suas in formam Arcis munirent, absque expresso consensu Abbatis Fuld. Vid. Buchonia Illustr. Artic. Steinav. Prob. 511.

Verum haud diu tranquillè perstitit Gens in factiones prona; postquam enim illi ex singulari favore concessum fuerat Anno 1396. manum admovere restaurationi Arcis Ebersberg, eamque una cum aliis Ganerbiis suscipere ac tenere denuo in Feudum; insolentius quoddam per se molita est cum ædibus suis Boppenhusanis, quas non solum, contra quod vetitum erat, in firmum Castrum convertit, sed etiam à Fuldensi Clientela, & Jure Vasallitico penitus subtrahere tentavit: hinc graves utrimque dissensiones, & belli motus exorti sunt, quos licet Anno 1459. *Georgius* Comes de *Henneberg* aliquantum sedasset, recruduerunt nihilominus interdum acrius, donec Anno 1470. cervicem rebellem submittere coacti sunt *Cunradus* & *Otto* de *Steinavv* Fratres, qui tam pro se, quam pro condominis suis, ac posteris omnibus, de Castro suo Boppenhausen iterum investiti sunt, tanquam de vero ac recto Feudo à Fuldensi Ecclesia unicè dependente; in quo etiam admissi sunt hoc successionis ordine: Prob. 476. Vid. Ebersberg. Prob. 477. & 478.

Anno 1484. *Hildebrandus* & *Reinhardus* de *Steinavv*. Ex his Hildebrandus, portionem suam transmisit obiens Anno 1493. in Filios suos *Balthasarum* & *Casparum*, à quibus pars una in *Christophorum* de *Steinavv* pervenit Anno 1551. alia ad Nobiles de Tungen. Vid. Tungen.

Reinhardus vero portionem suam adhuc vivens refutavit Anno 1528. obtinuitque de eadem investiri Filium suum *Wendelinum* de *Steinau*, à quo illam habuit per obitum ejus Filius *Conradus* de *Steinau* Anno 1546.

STERNBERG.

Henricum de *Sternberg* acquisivit Anno 1352. Henricus Abbas in Castrensem suum in Lichtenberg pro summa Centum Libr. Hallens. quam ipsi liberum erit refundere, & alio transmigrare, nexu Vasallitico per hoc solutus. Prob. 479.

II. *Hermannus* de *Sternberg* investitur Anno 1380. de Decima in Hinfelt, aliisque Bonis Feudalibus in Miltz &c. Succedit ei Filius ejus *Fridericus*, qui Anno 1505. postulat de iisdem investiri Filium suum *Erhardum* de *Sternberg*, à quo in *Fridericum* & *Eberhardum* de *Sternberg* pervenerunt, Titulo Subfeudi imposterum possi-

Prob. 77. denda, juxta contractum desuper initum, inter Ecclesiam Fuldensem, & Comites de *Henneberg* in *Sleusingen*.

STERNBERG in *Kallenberg*.

Vid. Schot in Breitensee. *Eucharius* & *Georgius* de *Sternberg* in *Kallenberg* simultaneè investituram obtinent Curtis in Miltz &c. quod Feudum ab *Engelhardo Schot* acquisiverant Anno 1468. Accessit insuper aliud Feudum, nempe medietas Decimæ in Miltz; utrumque Feudum tenuère posteri, hac serie:

Anno 1499. *Fridericus*, *Ioannes*, *Eberhardus*, & *Wolfgangus* Fratres, nati de *Sternberg*. Ex his superstes.

Anno 1542. *Wolfgangus* de *Sternberg* in *Kallenberg*, cui successerunt per Investituræ renovationem Anno 1549. ejus *Eucharius*, *Caspar* & *Ioannes* de *Sternberg*, Filii ex quibus Joannes reliquos supervixit, ac Feudum suum scilicet medietatem Decimæ

Vid. Geyer. in Miltz alienavit in favorem *Conradi Geyer* de *Gibilstat* Anno 1578.

STERPFRID olim STERPHERIDES.

Prob. 481. *Henrico* de *Sterpfrid* assignavit Anno 1334. Henricus Abbas in meliorationem Feudi sui Castrensis in Bruckenavv IV. Libras Hallens. annui Redditus super precaria sua ibidem. Accessit dein Feudum aliud, nimirum Romesgehaug cum attinentiis; in quæ succedunt

Anno 1428. *Ioannes* de *Sterpfrid*.

Anno 1441. *Ioannes* de *Sterpfrid*, Filius præcedentis.

Anno 1456. *Ioannes* & *Bertoldus* de *Sterpfrid*, Fratres.

Anno 1461. *Itelius* & *Bertoldus* de *Sterpfrid*, quondam Joannis de Sterpfrid Filii.

Anno 1476. *Reinhardus* de *Sterpfrid*.

Anno 1514. *Ioannes* de *Sterpfrid*.

Anno 1543. *Philippus* de *Sterpfrid*.

Anno 1546. *Fridericus* de *Sterpfrid*.

Anno 1555. *Ioannes* & *Fridericus* de *Sterpfrid*, Fratres, à quibus transiit Feu-

Vid. Spedt. dum Romersgehaug cum attinentiis ad Nobiles de Spedt.

STOCKHEIM sive STOGKHEIM.

Godefridus de *Stockheim* Feudum suum Castrense deserviendum in Bingenheim,

Prob. 482. refutavit Anno 1374. in manus Conradi Abbatis, qui illud ad petitionem ejusdem Godefridi, mox contulit Filio ipsius *Joanni* de *Stockheim*.

II. *Ioannes* de *Stockheim* investitur Anno 1398. de duabus Curtibus & XII. Jugeribus pratorum in Richelsheim, in quo Feudo succedunt postmodum

Anno 1406. *Henricus* ejus Filius.

Anno 1468. *Eberhardus* de *Stockheim*. Constituit is eodem Anno uxori suæ Dotalitium 800. Flor. super Fundis suis Feudalibus, de consensu Abbatis Fuld.

Anno 1514. *Wigandus* de *Stockheim*.

Anno 1544. *Wilhelmus* de *Stockheim*.

Anno 1555. *Henricus-VVilhelmus* de *Stockheim* simultaneè cum Sororibus suis, post obitum Wilhelmi patris.

Anno

Anno 1586. *Wilhelmus* de *Stockheim*, & *Amalia* ejus Soror, post obitum Henrici-Wilhelmi patris sui, sub Tutela *Georgii-Ludovici* ab *Hutten*.

Anno 1589. Wilhelmo prædicto obeunte absque Liberis Feudum per Sorores suas, quarum aliquæ jam nuptæ erant, transiit in Familias *Bobenhausen*, *Carben*, *Hatstein* & *Adelibse*.

Stopffel.

Henrico de *Stopffel* contulit Anno 1451. Reinhardus Abbas Feudum Castrense in Saleck, sibi apertum ex obitu *Alberti* de *Blafeld*; idem Henricus ratione *Elisabethæ* matris suæ, obtinet super Bonis Feudalibus in majori-Tafta Centum Florenos, Anno 1456. Vid. Blafeld.

Stoternheim.

Joannes de *Stoternheim* investitur de portione Villæ minoris Lupnitz cum attinentiis & Jurisdictione &c. Anno 1443. in quod Feudum à Nobilibus de Enzenberg acquisitum successit postmodum Anno 1453. ejus Filius *Joannes* de *Stoterenheim* simultanee cum *Philippo* de *Farenrode*, cui hanc suam portionem etiam mox divendidit. Prob. 483. Vid. Enzenberg & Farenrode.

Storndorff.

I. *Hermannus* & *Henricus* de *Storndorff* Agnati accipiunt in Feudum Anno 1570. Curtem in Dittershausen cum attinentiis.

II. *Henricus* & *Hermannus*-*Adolfus* de *Storndorf* Agnati, ambo Provasalli Conjugum suarum, hic *Agnetis*, ille *Ceciliæ*, natarum de *Schaden* in Niderbibra, investiuntur Anno 1594. de Feudo earum dotali. Vid. Schaden in Niderbibra.

Stronberg.

Hartradus de *Stronberg* accipit in Feudum Anno 1476. V. Libras & VIII. solidos annui census super V. Jugeribus Vinearum in Dienheim. Succedit Anno 1487. *Hermannus* de *Stronberg* ejus Filius.

Sunnenbrun.

Ex hac Gente Nobili inter Vasallos Fuldenses recensentur *Boppo* & *Hartungus* de *Sunnenbrunnen*, quorum prior Anno 1170. alter Anno 1187. prædia aliquot ibidem, quæ hactenus in Feudum tenuerant & possederant ab Ecclesia Fuldensi, eidem ea redonant, de assensu & permissione Abbatis. Corp. Trad. Fuld. Num. 652. & 653.

Susenbiss.

Hermannum de *Susenbiss* acquisivit Anno 1341. Henricus Abbas in Castrensem suum Hæreditarium in Salmunster, eidemque donat pro Castrensi suo Feudo duo prata & Jugera agrorum XII. ibidem sita. Prob. 484.

SWALBACH.

Henricus de *Svvalbach* accipit in Feudum VIII. Hubas & XII. Curtes sitas in Echzell Anno 1398. Eidem succedit in hoc Feudo Filius ejus *Gernobus* de *Svvalbach* Anno 1422. Vid. Drahe.

Prob. 348. II. *Bernardus* de *Svvalbach* per simultaneam investituram, unà cum Nobilibus ab Hutten & Schluchter, obtinet in Feudum Salinas in Soden Anno 1447.

SWALLUNGEN.

Hertnido de *Svvallungen* indulsit Anno 1342. Henricus Abbas facultatem Feudum suum Castrense deserviendum in Salzungen alienandi, salvo sibi Jure retractus.

SWARTZA.


Gerlacus de *Svvartza* investitur Anno 1389. de prædio quodam in Steinhus.

Prob. 485. II. *Bertoldus* de *Svvartza* accipit in Feudum Anno 1397. Curtem in Sosdorf cum attinentiis, Hubam unam in Rombach &c. Succedit in hoc Feudo Anno 1400. *Gerlacus* de *Svvartza*.

SVVINFURD.

Prob. 486. *Manegoldo* de *Svvinfurd* contulit Anno 1365. Henricus Abbas Feudum Castrense deserviendum in Arce Lichtenberg, quod prius tenuerat ac possederat *Conradus* de *Svvinford* ejus Frater: Succedit postmodum Anno 1396. *Apezo* de *Svvinfurd*.

T.



TAFTA.

Prob. 487. *Hertnidus* de *Tafta* transscribit Anno 1323. Henrico Abbati IIII. Prædia sua in Villa Wiprechts &c. eaque mox ab eodem & sua Ecclesia Fuldensi recipit in Feudum Castrense perpetuo deserviendum in Arce Stolzinberg.

II. *Ioan-*

